P. FES
COLL
PRIS
VERE

ANN
1477





Ed. anni 1477, sed absque loci indicio - videtur Romana -
illam Romanis Editionibus accenset Audiffredi; 222.

C.

Manilius Romanus Pomponio leto Salutem. Nuper cum legissem Pompei Fe
sti mutilatos libros. qui priscorum uerborum inscribuntur uehementer dolui ꝙ tantuz
opus integrum non remansit. Scripsit ille quidem ad totius antiquitatis cognitionem
τ posteritatis utilitatem Sed puto inscitia superioris etatis tam preclaruz munus no
bis eripuit. nam quidã nullius momenti sine nomine sine litteris ad Carolum Regem
uolumen diffusum τ copiosum in sterile compendium redegit. τ credibile est reliquisse
que magis necessaria erant. ut sepenumero tu mecum questus es. quod superest impri
mendum curaui ne alius forte audax τ temerarius in peius reddat. τ pro virili parte
emendari castigariꝗ̃ euigilaui ut saltem si non integer fidelis tamẽ legat. Vale.

De Romaulis.

Pompei festi collectanea
priscorum uerborum.

Augustus locus sanctus ab auium gestu.id est quia ab auibus sig
nificatꝰ ē ꝛ sic dictꝰ siue ab auiū gustatu.qa paste id ratū fecerūt.
Augur ab auibus gerendoqꝫ dictus quia per eum auium gestus
edicitur siue ab auium garritu vnde augurium.
Auspicium dicit ab aue specienda.Nam qđ nos cū prepositiōe di-
cimus aspicio.apud veteres sine ꝑpositione specio dicebatur.
Affectare est pronum animum ad faciendum habere.
Armillum vas vinarium in sacris dictū.qđ harmo id est humero deportetur.
Aerarii tribuni a tribuendo ere sunt appellati Aerarium sane populus Romanus in
ede Saturni habuit.
Apricum locum a sole apertum a greco vocabulo quasi aphrici.id est sine
horrore videlicet frigoris vnde etiam putatur ꝛ aphrica appellata.
Amena dicta sunt loca que ad se amanda alliciant id est trahant.
Affectata femina uel in bonam partem dicitur uelut honorata.uel in malam quasi ad
extremum periculum adducta.
Aquagium quasi aque agium.id est aqueductus appellatur.
Aquilicium dicitur cum aqua pluuialis remediis quibusdam ut quondam si creditur
manuali lapide in vrbem ducto.
Aqua dicit a qua uiuamus aqua ꝛ igni .ideo interdici solet damnatis.quam accipiūt
nupte videlicet qa he due res humanā uitā maxime ꝯtinent itaqꝫ funus ꝓsecuti re
deuntes ignē supgradiebant aqua aspersi qđ genus purgatōis vocabant suffitōeꝫ
Axitiosi factiosi dicebant cum plures unam quid agerent facerentqꝫ.
Axit autem dixisse antiquos pro egerit manifestum est.vnde axagies mulieres siue
dii dicebantur unam agentes.
Alites uolatu auspicia facientes iste putabant buteon aquila vulturius.
Axamēta dicebant carmina saliaria.que a saliis sacerdotibꝰ ꝯponebāt in vniuersos
homines cōposita.nam in deos singulos uersus fieri a nominibus eorum appel
labantur ut Januli Junonii Mineruii.
Axis quē greci axona uocāt plures hꝫ significatōes nam ꝛ pars est celi septentriona
lis ꝛ stipes teres circa quem rota voluit.uel uertit ꝛ tabula sectilis axis dicitur
Ador farris genus edor quondam appellatum ab edendo uel quod aduret ut fiat to
stum.vnde in sacrificio mola salsa efficitur.
Adoream laudem siue gloriam esse dicebant.quia gloriosum eum putabant esse qui
farris copia abūdaret.
Arma dicunt ab armis proprie id est humeris dependentia ut scutum gladius.pugio
sica.ꝛ ea quibus procul preliantur tela.
Armita dicebat virgo sacrificans cui lacinia toga in humerum erat reiecta legibus

etiā sancitū erat laurenti ne pomū ex alieno lagat in armū id est qđ humeri boꝰ sit
Armentum id genus pecoris appellatur quod est ydoneum ad opus armorum. Inue nies tamen feminine armentas apud Ennium.
Album quod nos dicimus a greco   quod est alphi appellatum. Sabini tamen alphum dixerunt unde credi pōt nomen alphium a candore niuium uocatum.
Albensia stata dicebantur quibus albenses qui sunt marsi generis usi sunt. hec eadez decumana uocabantur quod essent amplissima ut decumani fluctus.
Albiona ager transtiberim dicit̄ a luco albionata quo loco bos alba immolabatur.
Albula tiberis fluuius dictus ab albo aque colore. Tiberis autem Tiberio Siluio rege albanorum quod is in eo extinctus est.
Ambo ex greco dictum uidetur quod illi   dicunt.
Ambactus apud Ennium lingua gallica seruus dicitur.
Am ꝑpositio loquelaris significat circū. unde supra seruus ambactus. i. circū actꝰ dr̄
Ambest tertie persone uerbum est ut nullam habeat aliam declinationem.
Ambiegni bos ⁊ ueruex appellabantur cum ad eorum utraqꝫ latera agni in sacrificium ducebantur.
Ambidens siue bidens ouis appellabat̄ que superioribus ⁊ inferioribus est dentibus
Ambemitto significat demitto uel aufero. emere antiqui enim dicebant pro accipere.
Ambaruales hostie appellabant̄ que pro aruis a duobus fratribus sacrificabantur
Amburbiales hostie dicebantur que circum terminos urbis Rome ducebantur.
Ambustus circumustus.
Ambitus proprie dicitur circuitus edificiorum patens in latitudinem pedes duos. ⁊ semissem in longitudinem idem quod edificium Eodez uocabulo crimen auaricie Uel affectati honoris appellatur.
Adolescit a greco uocabulo. i. cresco uenit uñ fiunt adultus ⁊ adolescēs quasi crescēs
Altare eo quod in eo ignis excrescit ⁊ exoletus qui excessit olescendi modum ⁊ inoleuit id est creuit.
Altaria sunt in quibus ignis adoletur.
Aliuta antiqui dicebant pro alter ex greco ad alios transferentes hinc est illud in legibus Nume pompilii si quis aliuta fasit ipsos Joui sacer esto.
Astu apud poetas astutiam significat. cuius origo ex greco opido asti deducitur. in quo qui uersati assidue sint cauti atqꝫ acuti esse uidentur.
Astutus arte tutus.
Algeo ex greco algo dicitur id est doleo ut sit frigus dolor quidam membrorum rigore coniectus.
Ast significat at sed autem.
Anus ab annorum multitudine. quoniam antiqui non geminabāt consonantes. uel qđ iam sit sine sensu quod grece dicitur.
Amussim regulariter tractum a regula ad quam aliquid exequatur que amussis dicit̄ quidam esse dicunt non tacere quod mutire interdum dicitur loqui.

Adgrettus apud Enniuȝ adgrettus fari pro eo quod est adgressus ponitur quod uerbo uenit a greco iurgo.
Agnus ex greco annos deducitur quod nomen apud maiores communis erat generis sicut ⁊ lupus quod uenit ex greco.
Aegrū ex greco appellat̄ anugrona a qbusdā putat̄ a uoce dolorꝫ appellari qꝺ est ai
Amus ex greco uenit quē illi dicūt ⁊ quod nos triuium illi dicunt
Alterum finnius ait idem significare quod apud grecos etheron et quidam uero ex utroqꝫ compositum esse illos.
Alter ⁊ pro non bono dicitur ut in auguriis. Altera appellat̄ que utiqꝫ prospera non est sic aliter nonnunquam pro aduerso dicitur ⁊ malo.
Alliensis dies dicebatur apud Romanos obscenissimi ominis ab allia fluuio ideȝ ubi Romanus a Gallis fusus exercitus est.
Adlecti dicebant̄ apud Romanos qui propter inopiam ex equestri ordine in senatoꝝ numero sunt assumpti. nam patres dicunt̄ qui sunt patritii generis Conscripti sunt qui sunt in senatu literis annotati.
Altercatio iurgatio. Alternatio per uices successio. unde alternatim.
Alma sancta siue pulchra. uel alens ab alendo scilicet.
Altellus Romulus dicebat̄ quasi altus in telluere uel quod tellurem suam aleret siue quod aleretur telis uel quod a tacio sabinoruȝ rege postulatus sit in colloquio pacis ⁊ alternis uicibus audierit locusqꝫ fuerit sicut enim fit a Marco marcellus a Uafra uafrasellus. ita ab alterno altellus.
Altensis ab alendo dictus uel ab altitudine.
Alterplicem idest duplicem. Altertra id est alterutra.
Alica genus farris dicitur quod alit corpus.
Alcedo dicebat̄ ab antiquis pro altione ut pro Ganymede catamitus.
Alicarie meretrices appellabantur in campania solite ante pristinā oleārioꝝ questus uersari gratia sicut he que ante stabula sedebant dicebantur prostibule.
Almicies habitus almarum rerum.
Allux pollex scandens proximum digitum quod uelud insiluisse in alium uideatur. quod grece dicitur.
Alueolum tabula aleatoria.
Aluus uenter femine ab alendo dicta est enim feminini generis.
Angor est animi uel corporis cruciatus proprie a greco id est strangulatione dictus. Unde ⁊ fautium dolor anguina uocatur. Plautus. Uellem me in anguinam uerti. quo hinc aniculo fauces preoccuparent.
Antigerio antiqui pro ualde dixerūt. Anacreon terētius ꝑ anatea ponit.
Anteurbana pr deia urbi propinqua. Antarium bellum quod ante urbem geritur.
Antipegmenta ualuarum ornamenta que ante adpingūtur idest adfinguntur.
Antefixa que ex opere figulino tectis affiguntur sub stillicidio.
Axare nominare.

Aureas auriga·aureas enim dicebatur frenum quod ad aures equorum religabatur ut orias quo ora cohercebantur·

Auritus a magnis auribus dicit̃ ut sunt asinoꝝ ⁊ lepoꝝ alias ab audiendi facultate·

Aurum dictũ quod precipue custodit̃ grece enim custodire dicit̃ ·unde ⁊ thezaurum Hipocrates medicus de nomine inuentoris additũ putat quẽ uocitatũ ait aurion

Aurion quidam ad similitudinẽ aurore coloris nomen traxisse existimant nõnulli qa mentes hominum auertat alii a sabinis translatum putant quod illi ausum dicebat

Auricalcũ uel oricalcũ quidam putant cõponi ab ere ⁊ auro·siue quod colorẽ habeat aureum·Oricalcũ sane ab eo dicit̃ quod in montuosis locis inuenit̃·mons eniz grece oros appellat̃· cus dicitur qua sarcinatrix uel etiam ornatrix utitur

Apalee etiam de frumento quedam acus dicunt̃ exercitus quoqꝫ instructio quod ea pars militum uehementissima est ad hostem uulnerandum acumine telorum· Torum autem ex greco sermone trahitur quoniam sarcire apud illos dicitur·

Assiduus dicit̃ quia in ea re quam frequenter agit quasi consedisse uideat̃ alii assiduũ locupletem quasi multorum assium putarunt dictum· alii uero qui proprio sumptu militabat ab asse dando uocatum estimarunt·

Andruare recurrere a greco uerbo andrami uenit hinc ⁊ drua uocata est textricis instrumentum·

Antroare gratias referre·Truant mouent uestra q̊z uocãt q̊ ꝑmouẽt coquẽtes extra·

Aucupedius dicebatur cui precipuum erat in currendo pedum acumen·

Adrumauit rumorem fecit siue commurmuratus est quod uerbum quidam a rumine id est parte gutturis putãt deduci·

Acieris securis erea·qua in sacrificiis utebantur sacerdotes·

Aplustria nauiũ ornamẽta q̃ qa erant ãplius q̃ꝫ eẽnt necessaria usui ãplustria dicebãt

Agina est quo inseritur scapus trutine id est in quo foramine trutina se uertit · unde aginatores dicuntur qui paruo lucro mouentur·

Agonium diem appellabant quo rex hostiam immolabat·Hostiam eniz antiqui agoniam uocabant·agonium etiam putabant deum presidentem rebus agendis agonalia eius festiuitatem siuẽ quia agonos dicebant mõtes agonia sacrificia fiebãt in monte Hinc Rome mons Quirinalis agonius ⁊ collina porta agonensis·

Agonium ludum ob hoc dictum·quia locus in quo ludi inicio facti sunt fuit sine angulo cuius festa agonalia dicebantur·

Agea uia in naui dicta quod in ea maxime queque res agi·

Agonias hostias putant ab agendo dictas·

Albogalerus a galea nominatur est enim pileus capite quo diales flamines id est sacerdotes iouis utebnatur fiebat eniz ex hostia alba ioui cesa cui affigebatur apex uirgula oleagina·

Apluda est genus minutissime palee frumenti siue panici de qua Neuius ne hordiaria apluda est hodie quam tu neque or·sunt qui apluda sorbitionis liquidissimuz putant genus quod flatu deiciatur ⁊ quasi applodatur·

Aridum est quod proprie naturalem humorem amisit dicitur autem per contrariam significationem quod irrigari desierit. nam ardin grece irrigare est.

Aptus cum propria significatione intelligatur ponitamen solis pro adepto sicut apisci pro adipisci.

Area proprie dicitur locus uacuus quasi exaruerit ⁊ nõ potest quicquam generare.

Angulus a greco aggilos uenit. siue ab eo quod egris id est proprie adducant qa ex diuerso coactam faciunt anguli formam.

Adfines in agris uicini siue consanguinitate coniuncti.

Anhelare haurire a greco descendit. Liuius florem anhelabāt liberi ex carchesiis.

Anclabris mensa ministeriis diuinis apta uasa quoque quibus in ea sacerdotes utuntur anclabria appellantur.

Acumilente femine mēstruo tempore appellātur vnde trahitur inquinamentum.

Amtras conualles uel arborum interualla.

Afferia aque que inferis libabāt a ferendo siue uas vini quod sacris adhibebat.

Affatim dictum a copia fatendi siue habundanter. Liuius. affatim edi bibi lusi. Terētius affatim dixit pro eo quod est ad lassitudinem.

Amenta quibus ut mitti possint vinciunt iacula siue solearum lora ex greco quod est appellata vel quia aptantes ea ad mentum trahant.

Adtegrē est vinū in sacrificiis augere. Integrē .n. et minus factū est in statū redigere

Attritum et tritum ex greco descendit. quia illi vestem tritam triuioni. et triuion appellant idest vestis attrita et lacera.

Adtestata dicebant fulgura que iterato fiebāt uidelicet sacrificatioꝫ priorꝫ testātia.

Attibernalis habitator continue taberne quod genus domicilii antiquissimū Romanis fuisse testimonio sunt externe gentes que adhuc tabulatis habitant edificiis. vnde etiam tecta castrensia quamuis pellibus contegant tabernacula tamen dicuntur

Atte appellantur qui propter uicium crurum aut pedum plantis insistunt ⁊ attingunt magis ad terram q̃ ambulant quod cognomen Quintio poete adhesit.

Attam pro reuerentia seni cuilibet dicimus quasi eum aui nomine appellemus.

Adagia ad agendum apta.

Adasia Iouis uetula recentis partus.

Aprogare infirmare.

At aut prope personam significat ut eo ad Pompeium aut locū ut abit ad theatrum

Apud mutuā loci ⁊ persone coniunctionē significat ut cum dicimus ceno apud amicū

At differentiam rerum significat ut cum dicimus. Scipio est bellator at Marcus Cato orator.

Addicere proprie est idem dicere ⁊ approbare dicēdo alias addicere damnare est.

Aedis domicilium in edito positum simplex atq; unius aditus siue ideo edis dicitur quod in ea euum degatur quod grece uocatur itaq; edificare cum sit proprie edem facere ponitur tamen in omni genere constructionis.

Aedituus edis sacre tutor id est curam agens.

Aeditimus aedis intimus.

Aedilis inicio eſt dictus magiſtratus qui edium non tantū ſacraꝝ ſed etiā priuataruꝫ curā gerebat. poſtea hoc nomen et ad magiſtratus tranſlatū eſt. dictus eſt autem edilis ꝙ facilis ad eum plebis aditus eſſet. Sed edilitas dicebatur eadeꝫ dignitas ut pontificatus magiſtratus.

Atrium proprie eſt genus edificii ante edem cōtinens mediā aream in quam collecta ex omni tecto pluuia deſcendit. dictum autem atrium uel quia id genus edificii ab atrienſibus etrurie ſit primū inſtitutū uel quia a terra oriatur quaſi aterrium.

Abauus dicitur quia abeſt ab auo et eſt coeuus aui.

Attauus quia atta eſt aui ideſt pater ut pueri uſurpare ſolent.

Auunculus matris mee frater traxit appellationem ab eo quod eque tercius a me ut auus eſt. ſed non eiuſdem iuris. ideoqꝫ facta uocabuli diminutione ſiue auunculus appellatur. quod aui locum obtineat ⁊ proximitate tueatur ſororis filium

Amita patris mei ſoror. quia ſimiliter tertia a me ſit atqꝫ auia uideri poteſt dicta ex eo quod ab antiquioribus auita ſit uocitata ſiue amita dicta eſt quia a patre amata eſt. Nam plus ſorores a fratribus q̃ꝫ fratres diligi ſolent. uidelicet propter diſſimilitudinem perſonaꝝ que ideo minus habent diſſentionis quo minus emulati ōis

Auillas agnus recentis partus.

Agnus dicitur a potu   quod ſignificat caſtum eo quod ſit hoſtia pura ⁊ molatu apta.

Auere nihil eſt aliud q̃ꝫ cupere argumento eſt auidum ⁊ auiditatem ex quibus cupiditas intelligitur cum ſignificet ⁊ gaudere.

Adſcripti dicebantur qui in colonias nomina dediſſent ut eſſent coloni.

Adſcriptitii ueluti quidam ſcripti dicebantur Qui ſupplendis legionibus aſſcribebantur hos ⁊ accenſos dicebant quod ad legionum cenſum eſſent aſſcripti quidam uelites quod ueſtiti inermes ſequerentur exercitum nonnulli ferentarios quod fundis lapidibuſqꝫ preliaturi eo modo ferrent que in hoſtes iacerent alii roranos ſiue rorarios quod id genus hominum currens in modum rorantis tempeſtatis dimicaret.

Aſciſcere eſt adiungere uel aſſumere.

Auctatarium dicebant antiqui quod ſuper menſuram uel pondus iuſtum adiciebatur ut cumulus uocatur in modio.

Auctum uocabatur ſpacium circi quod ſuper definitum modum uictorie adiungitur.

Argennon argentum percandidum.

Arbiter dicitur iudex qui totius rei habeat arbitrarium ⁊ facultatem.

Amicinum utris pediculum ex quo uinum defunditur.

Arboſem pro arbore antiqui dicebant roboſem pro robore.

Arbitrarium dicitur ſentētia que ab arbitro ſtatuitur.

Arbitrarium cum adhuc res apud arbitrum geritur.

Amicicie uocabulum ab amore deducitur quamuis interdum uituperandus sit amor ab antiquis autem amici ꝛ ameci per e litteram efferebantur.
Adpromissor est qui quod suo nomine promisit idem pro altero quoq; promittit.
Aduersus aut contrarium significat aut idem quod erga.
Arcire est continere. unde arcus in edificiis dictus est quia seipse continet. Alii dicūt arcum dictum esse ab opere arrigendo in altitudinem.
Arcirma genus plaustri est modici quod homo gestare possit.
Argeos uocabant stirpeas effiges que per uirgines uestales singulis annis iaceban- tur in Tiberim.
Arcere est prohibere ꝛ similiter arcet prohibet porcet quoq; dictuꝫ ab antiquis quasi porro arcet ꝛ pro eo quod est continet ponitur. unde cohercere continere dicimus trahitur autem hoc uerbum a grecorum magistratu quem illi archin uocant in cu- ius potestate est uel cogere uel prohibere.
Archani sermonis significatio trahitur. siue ab arce que tutissima est pars urbis siue a genere sacrificii quod in arce fit ab auguribus. adeo remotuꝫ a notitia uulgari ut ne litteris quidem mandetur sed per memoriam successorum celebretur. siue ab ar- cha in qua que clausa sunt tuta manent cuius ipsius origo ab arcendo pendet.
Arculum appellabant circulum quem capiti imponebant ad sustinenda cōmodius ua sa que ad sacra publica capite portabantur.
Arculus putabatur esse deus qui tutelam gereret archarum.
Arculata dicebantur circuli qui ex farina in sacrificiis fiebant.
Arcula dicebatur auis que in auspiciis uetabat aliquid fieri.
Asseres dicti quod assideant parieti trabibusq;.
Assiratum aput antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex uino ex sanguine tē peratum quod latini prisci sanguinem assir uocabant.
Ambrices regule que transuersis asseribus et tegulis interponuntur.
Antes sunt extremi ordines uinearum. unde etiā nomē trahūt.
Ante sunt latera hostiorum.
Ambitus proprie dicitur inter uicinorum edificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus. ex quo etiam honoris ambitus dici ceptus est a circumeundo supplicandoq;
Ambitio est ipsa actio ambiendi.
Amnis proprie dicitur a circumnando quod ex greca prepositione sumptum est quod significat circumnare idest fluere.
Ambiguum est quod in ambas partes agi animo potest huiusmodi aput grecos di- cuntur amphiboli.
Ambrones fuerunt gentes quedam gallice que subita inundatione maris cum ami- sissent sedes suas rapinis ꝛ predationibus se atq; suos alere ceperunt eos ꝛ cim- bros theutonosq;. C. marius deleuit ex quo tractatū est ut turpis uite hominis am

brones dicerentur.
Antbie muliebres capilli remissi in fronte appellati ex greco uidentur quod enim nos contra antbion illi dicunt.
Amneses appellantur urbes site prope amnem ut a mari maritime. unde interamne et antemne dicte sunt quod inter amnes posite sunt et quod ante se babeant amnes.
Amtermini qui circa terminos prouincie manent. unde ammiciri. amburbium. ambar ualia amplexus dicta sunt.
Angiportus est iter compendiarium in opido eo quod sit angustus portus id est aditus in portum.
Angerone dee sacra a Romanis instituta sunt cum angina omne genus animaliū cōsumeretur cuius festum angeronalia dicebantur.
Actus modo significat in comediis et tragediis certa spacia canticorum modo iter inter uicinos quatuor pedum latum. modo in geometria minorez partem iugeri. i. c. xx. pedum. modo motum corporis ut bistrionum ꝛ saltatorum qui etiam ex boc ipso actuosi dicuntur.
Auxiliares dicuntur in bello socii Romanorum exterarum nationum dicti ex greco uocabulo quod nos dicimus rerum crescentium auctionem.
Ausoniam appellauit Auson Vlixis ꝛ Calipsus filius eam primaz Italie in qua sunt urbes Beneuentuz ꝛ Cales deinde paulatim tota quoque Italia que appenino finitur dicta est ausonia ab eodem duce a quo etiam urbem aruncam conditā ferunt
Alumeto pro laumedonte a ueteribus Romanis nec dum assuetis grece lingue dictū est sic melo pro nilo. camitus pro Ganymede Alpbius pro Alpbeo dicebatur.
Accensi dicebantur qui in locum mortuorum militum subito surrogabantur. dicti ita quia ad censum adiciebantur.
Acerra ara que ante mortuum poni solebat in qua odores incendebantur. Alii dictuz arculam esse turariam scilicet ubi tbus reponebant.
Apex qui est sacerdotum insigne dictus ab eo quod comprebendere uinculo antiqui apere dicebant. unde aptus is qui conuenienter alicui iunctus est.
Attanium est poculi fictilis genus quo in sacrificiis utebantur sacerdotes potitiani
Atroces appellantur ex greco quia illi atrocia appellabant que cruda sunt siue atrox dicitur ab eo quod nibil timeat de se Trin greci dicunt timere.
Auguraculum appellabant antiqui quod nos arcem dicimus quod ibi augures publi lice auspicarentur.
Arseuerse auerte ignem significat Tuscorum enim ligua arseuerse auerte ignem con stat appellari. vnde affranius inquit. inscribat aliquid in bostio arseuerse.
Aborigines appellati sunt qui errantes conuenerunt in agrum qui populi romani fuit gens antiquissima italie.
Abolis dicebant pro ab illis. antiqui enim non geminabant litteram.
Auentinus mons intra vrbem dictus est ꝙ ibi rex albanorum Auentinus bello fuit extinctus atqꝫ sepultus.

Adorare apud antiquos significat agere·unde ⁊ legati oratores dicuntur quia mandata populi agunt·

Armilustrum festum erat apud Romanos quo res diuinas armati faciebant·ac dum sacrificabant tubis canebant·

Adeo duas habet significationes· Nam cum prima acuta effertur idem significat quod accedo ut cum dicimus adeo pretorem·cum autem secūda idez quod usque eo non quidem ſm rationez·quia ad prepositio accusantis accomodata est·sed uetusta quadam loquendi consuetudine·

Argea loca Rome appellant·quod in his sepulti essent quidā argiuoꝝ illustres uiri·

Asparagus herba dicta quod in aspero uirgulto nascatur·

Assidele mense uocantur ad quas sedentes flamines sacra faciunt·

Anceps significare uidetur id quod ex utraqꝫ parte caput habeat·ut securis bipennis Sed magis a capiendo quod ex utraqꝫ acie capiatur est appellatum·

Ancus appellatur qui aduncum brachium habet ut exporrigi non possit·unde Ancus Martius rex Romanorum·

Ancille dicte ab Anco Martio rege quod is bello magnum feminarum numerum ceperit siue ideo ꝙ antiqui anculare dicebant pro ministrare ex quo dii quoqꝫ ac deferuntur coli quibus nomina sunt anculi ⁊ ancule·

Amcesa dicta sunt ab antiquis uasa que celata dicimus quod circumcedendo talia fiant·ipsum quoqꝫ celare uerbū ab eadē causa est dictū·D·littera cum·L·ꝑmutata·

Aerosam appellauerunt antiqui insulam Ciprū qđ in ea plurimū eris nascatur·

Aenesii dicti sunt comites Enee·

Aenatores cornicines id est cornu canentes·

Aenariam appellauere insulam ubi Eneas classem a Troia ueniens appulit·

Audacia ab auide id est cupide agendo est dicta·

Aceratum lutum cum paleis mixtum· Aclassis tunica abhumeris non consuta·

Arilatꝰ coctio qui etiā coctio appellatꝰ dictus uidetꝰ a uoce greca que est id est tolle·quia sequitur merces ex quibus quid cadens lucelli possit tollere etiam lucellum diminutiuum est a lucro·

Artitus bonis instructus artibus· Arnecaput agni caput dicebatur·

Arsineum ornamentum capitis muliebris·

Artus ex greco appellabantꝰ qđ illi arthra dicūt siue artꝰ dicti qđ mēbra mēbris artētꝰ

Arquites arcū preliantes qui nunc dicuntꝰ sagittarii·

Arbilla aruina id est piguedo corporis·

Artifices dicti quod scientiam suam per artes exercent siue quod apte opera inter se artent qua ex causa etiam ⁊ artes sunt appellate·

Aritenam siue artenam uas ab hauriendo sic appellabant·

Ansegetes dicuntur quorum ager uiam tangit·

Amites pertice aucupales

Ampedices dicebantꝰ ab antiquis ꝙ circūpenderēt quos nūc appedices appellemus



Allegmina partes extorum que diis immolabant. Amian genus piscis.
Ameria urbs umbrarie ab amuro sic appellata.
Adsipere et presipere dicebant antiqui a sapiendo. sicut nos quoq; modo dicimus ab equo iniquum. a querendo inquirere.
Amillive aues dicebantur ab auguribus que consulentem iuberent.
Adulari est compositum ex accedendo et alluendo. Adubanum danubium.
Adulter et adultera dicunt quia ille ad alterã et hec ad alterum se conferunt.
Aquilus color est fuscus et subniger a quo aquila dicta esse uidetur. quamuis eam ab acute uolando dictam uolunt. Aquilus autẽ color ab aqua est nominatus. naz cum antiqui duos omnino naturales nossent. i. album et nigrũ interueneritis quoq; qui ita neutri similis est ut tamen ab utroq; proprietatez trahat potissimuz eũ ab aqua nominauerunt. cuius incertus est color.
Aquilo uentus uehementissimo flatu instar aquile appellatur.
Anquirere est circum querere.
Andron domicilii locus appellat̃ angustior longitudine in quo uiri plurimi morabã tur. ut a mulieribus.
Apud et penes in hoc differunt q̃ alterum cum loco personam signat. alterum personã et dominium et potestatem quod trahitur a penitus.
Anxur uocabatur que terracina dicitur Volsce gentis sicut ait Ennius.
Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum sordidi assecut̃.
Accipenser genus piscis. Aperta idem apollo uocabatur.
Apollinem pro apolline uocabant quia patente cortina ab eo responsa dentur.
Abdiriui abortiui dicunt̃. Ape antiqui dicebant prohibe compesce.
Apua genus minimi pisciculi.
Abs prepositio a greco deducit̃. significat aũt retractionẽ. i. partem posteriorem.
Apollinares ludos hoc est in laude apollinis populus laureatus spectabat. stipe data pro cuiusq; copia.
Apiculum filum quo flamines uelatum apicem gerunt.
Abacti magistratus dicebantur qui coacti posuerant imperium.
Agere modo significat ante se pellere. i. minare. Virgilius ad potũ pastas age Titir̃ mõ significat iurgari ut cũ dicimus ut agit cũ eo furti mõ repedere ut gratias ago mõ uerbis indicare ut causam ago qñ etiã successit gestus τ uultus quidam decor ut cum scenici agere dicuntur.
Abitionem antiqui dicebant mortem.
Abgregare est a grege ducere. Aggregare est ad gregẽ ducere. Segregare ex pluribus gregibus ptes seducere. Unde τ egregius dicit̃ e grege lectus quoꝝ uerboruz frequens usus non mirum si ex pecoribus pendet cum apud antiquos opes et patrimonia ex his precipue constiterint ut ad hoc etiã pecunias τ pecunialia dicamus
Acetare dicebant quod nunc dicimus agitare.
Autumnũ qdã dcm̃ existimãt qꝫ tũc maxiẽ augeat̃ hoim opes coact̃ agroꝝ fructibus

Agedum significat age modo est·enim adhortantis sermo·
Aulas antiqui dicebant quas nos dicimus ollas·quia nullā litterā geminabant itaq
Allicocia extra que in ollis coquebātur dicebant idest elixa·
Auidus a non uidendo propter nimiam cupiditatem appellatur·sicut amens qui men tem suam non habet·
Aureliam familiam ex sabinis oriundam a sole dictam putant quod ei publice a popu lo Romano datus sit locus in quo sacra faceret soli quia ex hoc auseli dicebantur ut·Valesii pro eo quod Valerii papisii papirii·
Aemiliam gentem appellatam dicunt a manercho Pitagore philosophi filio cui ppter unicam humanitatez cognomen fuit Emilos alii quoq ab ascanio descendere dicunt qui duos habuit filios·Julium & Emelion·
Aerumnulas Plautus refert furcillas quibus religatas sarcinas uiatores gerebant quarum usum·C·Marius retulit mulimariani postea appellabantur Itaq erūne labores honerosos significat siue a greco sermone deducuntur·nam grece a grui latine tollere dicitur·
Aemidum tumultum dixere·
Aequidiale dictum est apud antiquos quod nunc dicimus equinoctiale quia nox diei potius q̄ dies nocti annumerari debet greci quoq in hoc consentiunt resimerian idest equidiale dicentes·
Aeruscare era id est pecunias undiq colligere·
Aequilanium significat ex toto dimidium dictum a lauatione lane que dicitur equila nio redire cum dimidium dedicat sordibus·
Aegeū mar̄ appellat̄ ut crebre in eo sint īsule ut pcul aspiciētib⁹ spēs capraꝝ uideat̄ siue qđ aege amazonū regina perierit siue qđ in eo egeus pr̄ thesei se pcipitauerit
Aestimata poena ab antiquis ab ere dicta est quod eam existimauerunt ere ouem de cussis bouem centussis hoc est decem uel centum assibus·
Allucinatio erratio· Adigas dare cogas·
Acies acumen acus & acuere dicunt̄ ab acone quam latine dicimus cotem·
Auxilla olla paruula·
Amputata circumputata dicuntur ab eo quod antiqui pro puro dicebant unde dedu cuntur pudeo & pudicus·
Appia uia & aqua ab Appio claudio est appellata·
Ariminū a nomīe fluuii ppinq est dcm̄· Amimula urbs prauaꝝ opū fuit ī Apulia
Arca diminutiuum facit arculam & arcellam ut a porco porculum & porcellum·Ut a mamma mammula & mammilla·
Alebria bene alentia dicuntur Agasones equos agentes id est minantes·
Arcubie qui excubat in arce·
Armillas ex auro quas uiri militares ab impatorib⁹ donati gerūt dictas eē existimāt qđ ātiq humeros cū brachiis uocabāt armos uñ arma ab his depēdētia sūt uocata
Abalienatus dicit̄ quē qs a se remouerit· Alienatus qui alienus est factus

Afferere manū est admouere quo ea quoq̧ que in terrā dimittit̄ ſeri dicunt̄ vnde etiā ſere appellantur quia foribus admote apponuntur defixe postibus quemadmoduȝ ea que terre inſeruntur.
Aruum dicimus agrum nec dum ſatum.
Apica dicitur ouis que ventrem glabrum habet.
Ae ſillabam antiqui greca ꝯſuetudine pro ai ſcribebant. ut aulai muſai.
Aucta ſepe aucta. Abarcet prohibetur. Aduoſem aduerſarium hoſtem.
Axe agglomerati uniuerſi ſtantes in cohortibus. aut legionibus. Euolant aduolant.
Acrumerum vas ad utenſilia ampliora. Aſtaſſent id eſt ſtatuerunt.
Ambiaxio quem circumeunt caternatim.
Apor apud. Annoſio annua onia.
Antiquum veteres etiam pro nobili poſuere.
Aeſtimias eſtimatoribus. Abiſſe pro adiſſe dicebant. Ambulantes abſcendẽtes
Aquilius prenomen ab aquilo colore id eſt nigro eſt dictum.
Antiquare eſt modum priſtinum reducere.
Attige pro attingam poſuere. Appellicauiſſe pro appellaſſe.
Alteras ponebant pro eo quod eſt adverbium alias.
Argutum iri in diſcrimen uocari.
Aureas dicebant frena quibus equorum aures rediguntur.
Audacias pluraliter Catbo dixit. Auſis pro audeas.
Audax diminutiuum facit audaculus. Auocat ſepe aduocat.
Annaria lex dicebat̄ ab antiqs ea que finiunt̄ anni magiſtratus capiendi.
Aliorſum ⁊ illorſum ſicut introrſum dixit Catbo.
Abiectaria negocia dicebant̄ quam materiā nunc dicimus ab coemēdis.
Aletudo corporis pinguedo.
Aeribus pluraliter ab aere id eſt eramento Catbo dixit Addues addideris.
Ariſtophorum vas in quo prandium effertur ut diſcus.
Allicit id eſt perducit aliquem in rem dictum a uerbo lacit id eſt decipit hinc attendit illicere id eſt oblectare id eſt fruſtrantem inducere.
Abnutare ſepe adnucere.
Alieri dixit Plautus pro eo quod eſt alii rei. Alimodi pro aliuſmodi.
Aeneolum quod ex ere dicimus. Enulum uas ex era paruum.
Aderitam etatem id eſt ultimam etatem.
Amutio ab amore denominatum.
Anginam uinariam habere dicuntur qui uino ſuffocant.
Adulterina ſigna dicuntur alienis anulis facta.
Auſculari dicebant antiqui pro oſculari quod oſculum ore conferre.
Arabice olet id eſt ex odoribus arabicis.
Adaxint adegerint.
Argus oculus nomen hominis qui fuiſſe oculis plenus dicitur.

Amasso amauero.
Amiculum genus uestimenti a circumiectu dictum. Auditaui sepe audiui.
Aeliuescit liuere incipit hoc est liuidum fieri.
Atticissat attice loquit. Plautus non atticissat sed sillicissat id est sicule loquitur.
Atritus atri coloris. Agipthinos ethiopias.
Auelitatio iactatio quedam uerborum figurata ab hastis uelitaribus. uelites dicunt expediti milites quasi uolantes.
Auctor communis erat generis apud antiquos.
Adnictat sepe & leniter oculo annuit. Neuius in torento illam alii adnutat. alii adnictat. alium amat. alium tenet.
Atriplexum herbam dicimus que atriplex dicitur.
Adoptatiuus ex optato filio natus.
Aleonem aleatorem. Neuius pessimorum pessime audax ganeo lustro alec.
Aditiculum paruum additum.
Atrabilis ab atro id est animi uicio dictū est atrū nigrum id est a candore remotum
Ancios id est excruciator.
Aunatem dicebant morbū anuum id est uetularum sicut senium morbum senum.
Altaria ab altitudine sunt dicta. quod antiqui diis superis in edificiis a terra exaltatis sacra faciebant diis terrestribus in terra diis infernalibus in efossa terra.
Aues ab aduentu earum dicunt quod inde ueniant unde quis non inspicetur.
Assa dicebantur cantus tibiarum.
Agolum pastorale baculum quo pecudes aguntur.
Abortum grauide mulieris dicitur quod non sit tempestiue ortum.

Bona id est substantia rerum dicta sunt quod digna bonis.
Bombitatio est sonus apium ab ipso sono. dictus sicut mugitus boum hinnitus equorum.
Boare id est clamare a greco descendit boon.
Boarium forum Rome dicebatur quod ibi uenderentur boues.
Bocas genus piscis a boando id est uocem emittendo appellatur.
Barrire elephanti dicuntur sicut oues dicimus balare utique a sono ipso uocis quia elephanti barri.
Balenam beluam marinam ipsam dicunt esse pistrem ipsam etiam esse cetum.
Bachanalia dicebant bachi festa. Basilica a basileo hoc est rege dicta.
Basilicum regale. Bouinatur conuiciatur.
Bua serpens est aquatilis quem greci hidron uocant. que ictu obturgescunt crurum quoque tumor uie labore collectus boua appellatur.
Batus genus est herbe uepre m licet dicunt greci.
Bactrionem dicebant genus uasis longioris manubrii hoc alii trullam appellant.
Baccar uas uinarium simile Bactrioni.

Baratbrum greci appellant locum precipitem unde emergi non possit dictū ab eo q̄ est batbis id est profundo aspectu.
Balene nomen a greco descendit. Nam illi phalenam dicunt antiqua consuetudine. qua piron burrum pixon pro paxon dicebant.
Burrū dicebant antiqui quod nunc dicimus russum unde rustici burrā appellant buculam que rostꝝ bꝫ russum pari mō rubens cibo ac porione ex prādio burr⁹ appellat
Basiliscus appellatur genus serpentis uel quod in capite babeat album instar diadematis uel ꝙ reliqua serpentum genera uim eius fugiant.
Barbaricum appellat clamor exercitus uidelicet ꝙ eo genere barbari utantur.
Breue a greco descendit quod est brachis.
Bruciani dicebantur qui officia seruilia magistratibus prestabāt eo ꝙ bi primū Hanibali se tradiderant ⁊ cum eo perseuerarant usqꝫ dum recederet de Italia.
Bruma a breuitate dierum est dicta.
Burrum antiqui brutum dixerunt
Brachium nos greci brachion dicant. nam dicitur brachi breue eo ꝙ ab bumeris ad manus breuiora sint q̄ꝫ plante a coxis.
Braxica a presiccando est dicta.
Brutiane parme dicebantur scuta quibus brutiani sunt usi.
Bubinare est menstruo mulierum sanguine inquinare dictum ex fimo quod greci appellant   Lucilius inquit inbubinat ac contra te imbulbitat. Imbulbitare est puerili stercore inquinare.
Bucerum pecus de bobus dicimus.
Bustum dicitur proprie locus in quo mortuus est combustus ⁊ sepultus dicitur ⁊ bustum quasi bene ustum ubi uero ɔbustus quis tantummodo alibi uero sepultus est is ab urendo ustrina uocatur sed modo busta sepulchra uocamus.
Buteo genus auis que ex eo se alit quod accipitri eripuerit uastitatisqꝫ esse causam bis locis que intra uenit ut bubo a quo etiam appellatur buteo.
Bucina quam nos appellamus greci   a similitudine uocis dicūt
Bulimiam greci magnam famam dicunt assueti magnis ⁊ amplis rebus preponere.
Bua a magnitudine .i. bonis binc est ꝙ grandes pueros bupedas appellant et mare sicanium busicon.
Bubeumen genus quondam uini.
Bucefalus uocat⁹ est equ⁹ Alexandri regis ꝑpter quandā bubuli capitꝭ similitudinē
Benna ligua gallica genus uerbiculi appellatur. unde uocantur combennones in eadem benna sedentes.
Beses appellatum est quod bis triens sit quamuis dura compositio fiat unde bes nouem sunt uncie triens tres
Bellum a beluis dicitur quod beluarum sit perniciosa dissentio.
Barum urbem Italie appellauerunt conditores eius expulsi ex insula bara que non onlge est a brundusio.

Brundusium uero quidam poete breuitatis causa brundam dixerunt.
Beneficiarii dicebantur milites qui uacabant muneris beneficio et ecōuerso munifi-
fices uocabātur qui nō uacabāt sed munus rei.p.faciebant.
Benignus ꝓprie is qui bonis et dignis largit est aūt cōpositū ex bono ⁊ ex gignēdo
Bellona dicebatur dea bellorum ante cuius templum erat columnella que bellica uo
cabatur super quā hastam iaciebāt cum bellum indicebatur.
Bidental dicebant quoddā templū ꝙ in eo bidētibus hostiis sacrificet. bidētes autē
sunt hostie duos dentes longiores ceteris habētes uel ꝙ bientes ita appellarunt.
Bileta porca dicitur cuius a ceruice sete bifariam diuiduntur cum iam esse incipit ma
ior sex mensium.
Bigne gemine dicuntur quia bis vna die nate sunt.
Bigenera dicuntur animalia ex diuerso genere nata ut leopardus ex leone et panthe
ra Ibris ex apro et scropha domestica Muli ex asina et equo.
Billis aput aphros appellatur semen humanum humi sparsum.
Blatterare est stulte et precupide loqui quod a greco originem ducit sed et camellos
cum voces edunt blatterare dicimus.
Balatrones et blatteas ballas luti ex itineribus aut ꝙ calceamentorum soleis eradi-
tur appellabant.
Bilbit factum a similitudine sonitus qui fit in uase Neuius bilbit amphora inquit
Bibliothece et aput grecos et aput nos tam librorū magnus per se numerus ꝗ̄ locus
ipse in quo collocati sunt libri appellantur.
Blitum genus oleris a saporis stupore appellatum esse ex greco putatur ꝙ ab hiis
dicatur stupidus.
Bardus stultus a tarditate ingenii appellatur. Cecilius nimis audacem nimisq̄ bar-
dum barbacii.trahitur autem ex greco quod illi dicunt bardus gallice cantor ap-
pellatur qui virorum fortium laudes canit a gente bardorum de quibus Lucanus
plurima securi fudistis carmina bardi.
Bellictus bestie similis.
Beneuētum colonia cū deduceret appellari ceptū est melioris ominis causa.nam eaꝫ
vrbem antea greci incolentes malepon appellarunt secundum Liuium maleuentū
prius dicebatur.
Bulgas galli sacculos scorteos appellant.
bientem ouem dicunt appellari a dentium numero.
Bellicrepam saltationem dicebant quādo cum armis saltabant a Romulo institutuꝫ
est ne simile pateretur quod fecerat ipse cum a ludis sabinorū virgines rapuit.
Bilingues brutii censemus dicti ꝙ brutii et oste et grece loquebantur. sunt autem ita
lie populi vicini lucanis.
Bitienses dicuntur qui peregrinantur assidue.
Baiulos dicebāt ātiq quos nūc dicimus oparios.vnde ab hoc oparii baiulari dicunt
Blandicella uerba blanda per diminutionem sunt dicta.

Ballarium ⁊ bellaria res belli aptas appellabant.
Bellitudinem sicut magnitudinem Uarro dixit.
Boie id est genus uinculorum tam lignee quam ferree dicebant.
Botulus genus farciminis propter connexionem obolis sic appellatur.
Blennos stultos esse Plautus indicat qui ait stulti stolidi fatui bardi blenni bucones
Binomius cui geminum est nomen. ut Numa pompilius Tulius hostilius.
Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes exceptis grecis.
Bellude apud Plautum diminutiuum aduerbium est a bene qd facit belle ⁊ bellule.
Burracinum genus uasis.
Buctubacta Neuius pro nugatoriis posuit hoc est nullius dignationis.
Bulla aurea insigne erat puerorum pretextatoꝝ que depēdebat eis a pectore ut signi ficaret eā etatē alterius regendā ꝯsilio. Dicta aūt bulla a greco sermone buli. quod consiliū dicitur latine uel quia eam partem corporis bulla contingat id est pectus in quo naturalis manet ⁊ concilium.
Baicus ager dicitur qui fuit baiorum Gallorum is autē est in gallia citra alpes que togata dicitur. in quibus sunt mediolanenses.
Burranica potio appellat̄ lacte mixtum sapa a ruffo colore quem burrum uocant.

Corona cum uideat̄ a choro dici caret tamen aspiratione siue corone dicuntur quod honorent eos quibus imponuntur.
Coturnix uocatuꝛ a sono uocis.
Cornua liberi patris simulacbro addiciuntur quem inuentorem uini dicunt eo quod homines nimio uino truces fiant ut belue.
Corgo apud antiquos pro aduerbio quod est profecto ponebatur.
Corbite dicūt̄ naues honerarie ꝙ in malo eoꝝ summo ꝓ signo corbes solerēt suspēdi
Cothones appellantur portus in mari interiores arte ⁊ manufacti.
Colurna hastilia ex corno arbore facta.
Collatia opidum fuit prope Romam eo quod ibi opes aliarum ciuitatum fuerint collate a qua porta collatina dicta est.
Collucare dicebant cum profane silue rami deciderentur officientes lumini.
Collatium sacrificium dicitur. quod ex collatione offertur.
Colophon dixerunt cum aliquid finitum significaretur.
Concinnare est apte componere.
Conciliū dicit̄ a populi consensu siue conciliū dicit̄ a concalendo idest uocando.
Conciliabulum locus ubi concilium conuenitur.
Contio significat conuentum non tamen alium quam eum qui a magistratu uel a sacerdote publico per preconem conuocatur.
Contubernales dicuntur a tabernis que fiebant ex tabulis. unde tabernacula sunt dicta licet ex tentoriis ⁊ ex pellibus fiant.
Contubernium dicitur contubernalium habitatio.

Conclauia dicuntur loca que una claue clauduntur.
Contemplari dictū est a templo id est loco qui omni parte aspici potest uel ex quo omnis pars uideri potest quem antiqui templum nominabant.
Comitiales dies appellabant cum in comitio conuenibant qui locus a coeundo id est simul ueniendo est dictus.
Calatores dicebantur serui a quod est uocare quia semper uocari possent ob necessitatem seruitutis.
Condulus anulus. Condalium similiter anuli genus.
Contestari est cum uterqꝫ reus dicit testes estote.
Codeta ager in quo frutices existunt in modum caudarum equinarum id est qui caudas equinas representat.
Condictum est quod in communi est dictum.
Coctū a cogendo dictū quia coeundo cohercet ut ad utilitatem uescendi perducatur.
Cocula uasa enea coctionibus apta. Alii occulta dicunt ligna minuta quibus facile coquantur obsonia.
Cohum lorum que themo buris cum iugo colligatur a cohibendo dictum.
Cohum poete dixerunt a chaos ex quo putant celum esse firmatum.
Comedias constat appellari ex eo ꝙ inicio in uicis iuuenes cantare soliti essent crebro conuenientes. Cicuma auis noctua.
Coclace dicuntur ex flumine rotundi ad coclearum similitudinem.
Cocetum genus edulii ex melle ꝛ papauere factum.
Confugelam antiq confugiū dicebāt. Compredes eiusdem rei populo sponsores.
Compascuus ager relictus communiter ad pascendum uicinis.
Cōpescere est uelut eodē pascuo retinere. Cōpitalia festa que in cōpitis parabant
Congruere dictum a gruibus que non segregant siue cū uolant siue cū pascuntur.
Cognomines dicuntur qui eiusdem sunt nominis.
Cerrones leues ꝛ inepti a cratibus dicti ꝙ Siculi aduersus Athenienses cratibus ꝓ statis sunt usi quas greci gerras appellant.
Constum genus libaminis quod ex farrina conspersa faciebant.
Conitum Affranius pro ornatu et cultu posuit.
Conflages loca dicuntur in que undiqꝫ confluunt uenti.
Copona taberna a copiis dicta. Compilare est cogere et in unum condere.
Compernes nominantur homines genibus plus iusto coniunctis.
Confedusti federe coniuncti.
Cōmissatio a uicis quos greci comas appellant in hiis habitabāt priusqꝫ oppida conderentur quibus in locis alii alios conuictus causa inuitabant.
Committere proprie est simul mittere nunc eo utimur et pro facere aut pro relinquere aut pro incipere.
Condere proprie est in unū et interiorem locum dare ad custodiam faciliorem quod uerbum nunc significat conscribere nunc facere nunc componere et instruere.

Consulas antiqui ponebant pro consilium petas et perconteris non tantum sed etiam
pro iudices ⁊ statuas.
Cossi dicebantur ab antiquis natura rugosi corporis homines a similitudine uermiū
ligno editorum qui cossi appellantur.
Consilium id a consulendo dicitur uel ꝙ in unam sententiaꝫ plurium mentes cōsiliant
et conueniant. sed a silentio credibilius dictum putatur quo maxime inuenitur.
Conscripti dicebantur qui ex equestri ordine patribus adscribebantur ut numerus se
natorum expleretur.
Consponsos antiqui dicebant mutua fide colligatos.
Consualia ludi dicebant quos in honorem consi faciebant quē deum ɔsilii putabant.
Conuētus quatuor modis intelligitur. vno modo cum quemlibet hominem ab aliquo
conuentum esse dicimus. alio cum significatur multitudo ex compluribus generi
bus hominum contracta in unum locuꝫ. tertio cū a magistratibus iudicii causa po
pulus congregaretur. quarto cum aliquem in locum frequentia hominum supplica
tionis. aut gratulationis causa colligitur.
Conuicium a uicis in quibus primum habitatum est uidetur dictum uel immutata lit
tera quasi conuocium.
Contuoli oculi sunt in angustum coacti conniuentibus palpebris.
Consternatio que est concitatio quedam subita ex aliquo metu a sternutamento de-
ducta est quod eo toto concutimur corpore.
Considerare a contemplatione siderum uidetur appellari.
Constitutus hominum a consistentium multitudine appellatur.
onuallis est planities ex omni parte comprehensa montibus collibusue uallis duo-
bus lateribus comprehensa planicies uallis diminutiuum uallicula facit.
Conuoti hisdem uotis obligati.
Cibum appellatur ex greco quod illi peram in qua cibum recondunt appellant.
Ciccum membrana tenuis malorum punicorum.
Cespios in urbe est ex quiline regionis de nomine cuiusdam hominis dictus.
Cit mus extremus facit sic ultra ultimus citra citimus.
Cancindela genus muscarum quod noctu lucet uidelicet a candeo. unde etiam cande
labra putantur appellata.
Citrosa uestis appellata est a similitudine citri.
Ciuicam coronam cui saluti sue causa seruatus in prelio dabat que erat lignea fron-
dem habens peremnem.
Cirtanea dicit auis que uolans circuitū facit. Circies circuli ex ere facti.
Clium est folliculum quo oculus tegitur. unde fit supercilium.
Cimmerii dicunt homines qui frigoribus occupatas terras incolunt quales fuerunt
inter baias ⁊ cumas in regione in qua conuallis satis eminenti iugo circūdata est
que neqꝫ matutino neqꝫ uespertino tempore sole contegitur.
Cimbri lingua gallica latrones dicuntur.

Cingulos appellabant homines qui in loco ubi cingi solet satis sunt tenues.

Cillibe mese rotunde.

Chilo dicitur cognomento a magnitudine labrorum ꝛ dicitur chilo cibus quidam unde achilles dicit̃ quasi sine chilo.i.cibo qa parcus fuit.i.moderatus in cibo ꝛ potu

Cilo sine aspiratione cui frons est eminentior ac dextra sinistraqꝫ uelut resicila uidetur

Cisterna dicta est quod cis est infra terram.

Camillus appellatur proprie puer ingenuus.

Capuam in campania quidam a capys appellatam ferunt.quem a pede introrsus curuato nominatum antiqui nostri falconem uocant.alii a planitie regionis.

Camene muse a carminibus sunt dicte.uel quod canunt antiquorum laudes uel quod sint caste mentis presides.

Camara ꝛ camuri boues a curuatione ex greco dicuntur camera fornix est.

Cappas marinos equos greci a flexione posteriorum partium appellant.

Catampo genus est ludi.

Carissam apud Lucilium significat uafrum.

Cerimoniaꝝ cām alii ab opido cere dictā existimāt alii a caritate dictas iudicant.

Celibem dictum existimant quod uitam celo dignam ducat.

Catamitum pro ganymede dixerunt qui fuit Iouis cōcubinus de genere troiano.

Ceculus conditor preneste.unde putant cecilos ortos quorum erat nobilis familia apud Romanos Alii appellatos dicunt ab Achate troiano Enee comite.

Celius mons dictus est a celio quodam ex Etruria qui romulo auxilium aduersos sabinos prebuit eo quod in eo domicilium habuit monte.

Cecū uallū dicit̃ in quo preacuti pali terre affixi herbis uel frondibus occultantur.

Catuliones appellabant antiqui gulosos.

Catillatio graue obproprium generosis obiciebatur si qui prouincias amicas populo Romano expoliassent.

Cisticillus appellatur circulus quem supponit capiti q aliqd est laturus in capite.

Cespes est terra in modum lateris cesa cum herba siue frutex recisus ꝛ truncatus

Catulinaz carmen excitauisse hoc est comedisse Romanos apparet ut Plautus in saturnione refert. Catax claudus.

Cecultare est exconsimiliari id est cecum imitari.

Cesariati comati.

Catularia porta Rome dicta est quia non longe ab ea ad placandum canicule sidus frugibus inimicum ruffe canes ĩmolabantur ut fruges flauescentes ad maturitatez perduceretur.

Cedere putant ex greco dici quod apud illos cenin significet interficere.

Cenita urbs que fuit uicina Rome a cenite conditore.

Catulus genus quoddam uinculi qui interdum canes appellatur.

Cestus uocantur ꝛ hi quibus pugiles dimicant ꝛ genus quoddam ornatus mulierum

Cedicie taberne in uia Appia a domini nomine sunt uocate.

Cauillatio est iocosa calumnatio.
Carifons ex quo aqua pretoria in tiberim fluit dictus quod in agro cuiusdam fuerit cati.
Cacula seruus militis Plautus uideo caculam militarem dicitur autem a greco quod fustibus clauisque ligneis ad tutelam dominorum armari soliti sint.
Canalicole forenses homines pauperes dicti quod circa canales fori consisterent.
Cana dicunt greci nos canistra per diminutionem canistella.
Canices furfures de farre a cibo canum uocare.
Cancri dicebantur ab antiquis qui nunc per diminutionem cancelli ex quo genere sunt calces qui per diminutionem appellantur calculi.
Canentas capitis ornamenta cantas pro cantatas ponebant.
Caudicarie naues ex tabulis crassioribus facte.
Candelabrum dictum quod in eo candele figantur.
Canterius hoc distat ab equo quo maialis a uerre capus a gallo ueruex ab ariete est enim canterius equus cui testiculi amputantur.
Cauillum cauillatio id est irrisio.
Caudice cistelle ex iunco a similitudine equine caude dicte.
Caule a cauo dicte antiquitus enim ante usum tectorum oues in antris ducebantur
Cauum a chao dictum ab eius inanitate.
Calones calcei ex ligno facti.
Clascendix genus conche.
Calpar genus uasis fictilis.
Calces ampulle plumbee.
Calbeos armillas dicebant quibus triumphantes utebantur et quibus ob uirtutes milites donabantur.
Calix quod in eo calidum bibatur. uel a greco cilix.
Calphurnii a calpo nume regis filio sunt oriundi.
Calim antiqui dicebant pro clam ut nis pro nobis sam pro suam im pro eum.
Calicata edificia calce polita.
Capitra genus uestimenti quo capita operiebant.
Calathos greci nos dicimus quasillos.
Caduceatores legati pacem petentes catho caduceatori inquit nemo homo uocat.
Carinantes probra obicientes a carina dicti que est infima pars nauis sic illi sortis infime.
Cathinea terra que in es coicitur ut fiat ericalcum
Casa a cauatione dicta.
Cassum antiquum.
Casnar senex oscorum lingua.
Cassiculum reticulum a cassibus per diminutionem dictum.
Caseus a coeundo dictus.
Casilam antiqui pro caside ponebant.

Cassabundus crebro cadens.
Cassaria que custodit cassam.
Cassia uia a cassio strata.
Caput ex greco dictum quod interdum dicunt.
Capparatum rugolum a cornuum caprinorum similitudine dicitur.
Capis poculi genus dictum a capiendo.
Calpe a greco appellantur bas illi dicunt.
Capitale facinus quod capitis pena luitur.
Caaprone quorum iube in frontem deuexe dicte quasi a capite prone.
Capidulum genus uestimenti quo caput tegebatur.
Capre dicte quod omne uirgultum carpant siue a crepitu crurum unde et crepas eas prisci dixerunt.
Cuppes et cupidia antiqui lautiores cibos nominabant unde et macellum forum cupi dinis appellabant.
Cupedia aut a cupeditate sunt dicta uel sicut Varro uult quod ibi fuerit cupedinis equi tis domus qui fuerat ob latrocinium damnatus.
Capruncuium uas fictile.
Curatores dicuntur qui pupillis loco tutoruz dantur. siue illi qui rei frumentarie agris ue diuidendis prepositi sunt.
Curia locus est ubi publicas curas gerebant.
Calabra curia dicebatur ubi tantum ratio sacrorum gerebatur.
Curie etiaz nominant in quibus uniuscuiusque partis po. ro. quid gerit quales sunt he in quas romulus populū distribuit numero. xxx. quibus postea addite sunt. v. ita ut sua queque curia sacra publica faceret ferias qui obseruaret hisque curiis singulis nomi na uirginum imposita esse dicunt quas uirgines quondā Ro. de sabinis rapuerunt
Curriculo pro cursim ponebatur Plautus licet inquit uos abire curriculo. curriculus est diminutiuum a curru.
Curtillacus appellatur a curtio qui eo loco in profundissimū se ob salutem populi Ro mani proiecit hiatum.
Curionium es dicebatur quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus.
Curis est sabina hasta unde romulus quirinus qui eam ferebat dictus est et Romani a quirino quirites dicuntur quidam eum dictum putant a curibus que fuit opulen tissima sabinorum urbs.
Curitem Junonem appellabant quia eandem ferre hastam putabant.
Curiales eiusdem curie ut tribules et municipes.
Currules equi quadrigales. Curiata comicia a curiis appellata.
Centurionus antea qui nūc centurio. et decurionus dicebatur qui nūc decurio et curionus curio
Curules magistratus appellatus est qui curru uehebatur.
Curiatia fana a curio dicta sunt qui eo loco domum habuerat.
Cura dicta est quasi cor edat. uel quia corruat uel edat.

Cum imperio est dicebatur apud antiquos cui nominatim dabatur imperium.
Cum potestate est dicebatur de eo qui a populo alicui negocio preferebatur.
Cuniculum id est foramen sub terra occultū aut ab animali quod est simile lepori appellabatur cui sub terra fossa latere est solitum aut a cuneorū similitudine qui omnem materiam intrant sindentes.
Clunaculum cultrum sanguinarium dictum aiunt. uel quia ad clunes dependet uel quia clunos hostiarum diuidit.
Cumerum uas nuptiale a similitudine cumerarum que sunt palme uel porte ad usum popularem sic appellatum.
Culcitra que tormento inculcatur. Culcita que tormento iaculatur.
Culticula rusticulus quidam ligneus in sacris dicebatur.
Cum alter signat cum altero dictum ab antiquis breuitatis causa. ut sades pro si audes et licet sis pro si uis.
Culliola cortex nucū uiridiū dicta a similitudine culeorum quibus uinū siue oleū continetur
Cusiliris pro ignauo dicebatur apud antiquos.
Cum populo agere hoc est populum ad concilium aut ad comitia aduocare.
Cuncti signat quidē oēs si coniuncti et congregati at uero oēs et si in diuersis locis sint.
Cunire est stercus facere unde et inquinare.
Conturnium uas quo in sacrificiis uinum fundebatur.
Culigna uas portorium cato culignam inquit in feno greco ponit ut bene oleat.
Cociones dicti uidentur a cunctatione quod in emendis uendendisque mercibus tarde perueniant ad iusti precii finem Itaque apud antiquos primam sillabam per .u. litteram scribebant ut cuctiones
Custodelam dicebant antiqui quam nunc dicimus custodiam.
Cimbam greci cimbin appellant.
Curis grecam habet originem hanc enim illi cirin dicunt.
Cutile lacus dicitur quod in eo est insula cotilia nominata a grecis.
Cenophosum antiqui dicebant tenebrosum greci enim appellant obscurum cenephos
Cimbium poculi genus ad similitudinem nauis que dicitur cimbis appellatur.
Calasis tunice genus quod greci dicunt calasnon. Alii dicunt nodum esse tunice muliebris quo conuexa circa ceruicem tunica submittitur.
Crapissie dicuntur ignes prodigiosi similitudine cipressorum arborum que a latitudine incipiunt et in angustum desinunt.
Cibele mater quam dicebant magnam ita appellabatur quod agebat homines in furorē quod greci dicunt cibele uo eadē dea dicta a loco qui est in phrigia cibel⁹.
Cithera .i. uen⁹ ab urbe cithera in quā primū deuecta eē dr̄ choncha cū i mari eēt cōcepta
Cillenus mercurius dictus quod oēm rem sermo sine manib⁹ cōficiat quibus partibus corporis quia carēt uocant ideoque quadratū eū fingūt. Alii uolūt sic appellatū quod in cilenia uia sit nutrit⁹. alii quod in mōte arcadie cilleno. alii quod a cillene sit nipha educat⁹
Cipria uenus quod ei primum in cipri insula templum sit constitutum uel quia parientib⁹

presideat quod grece parere sit·
Cinthius apollo a cinthbo deli monte uocatus·
Calcidium genus edificii ab urbe calcidica dictum·
Choragum instrumentum scenarum·
Chaos appellat Hesiodus confusam quandam ab initio unitatem hiantē patentēq;
in profundū ex eo q greci ⁊ nos hiare dicimus unde Janus detracta
aspiratione nominatur eo quod fuerit primus omnium cui primo supplicabant ue
lut parenti ⁊ a quo rerum omnium factum putabant inicium·
Choemix mensure genus·
Cubum dictum quia eius medium eque patet in omnes partes qđ genus
a geometris dicitur unde etiam tesserule quadrate cib oe hinc ⁊ cibus genus piscis
quia piscantes id genus piscium uelut aleam ludant·
Cinasones acus quibus mulieres caput scalpunt unde scalpo id est repistio·
Creperum dubiū unde increpitare dicimus quia maledicta fere incerta ⁊ dubia sunt·
Crepitulum ornamentum capitis id enim in capitis motu crepitum facit·
Crocotillum ualde exile Plautus ex tortis talis cum crocotillis crusculis·
Crusculum diminutiuum a crure·
Crines a discretione dicti quam· greci appellant nam idem eos uocāt
Crucium quod cruciat unde Lucilius uinum insuaue crucium dixit·
Crocatio uocis coruoꝝ appellatio· rocotinum genus operis pistorii·
Crustarie taberne a uasis potariis crustatis dicte·
Cracentes graciles· Ennius succincti gladiis media regione cracentes·
Creui mō signat hereditatem adii mō maior etate uel census sum mō iudicaui mō di-
uisi q̄ oīa a duob⁹ uerbis cresco ⁊ cerno trahunt q illi dicūt plicere
Craterare uocabulum trahitur a cratere quod uas est uini·
Craticulum a greco· deducitur·
Centuria in agris significat·cc·iugera Jure militari·c·homines·
Centuriatus ager·m·cc·iugera definitus quia Romulus centenis ciuibus ducenta iu
gera tribuit·
Cēturiata comitia itē curiata comitia dicebant qa ppl'us rō·p·c·turmas diuisus erat
Centenarie cene dicebantur in quas lege lacinia non plus centusibus preter natalibus
impendebatur id est centum assibus qui erāt breues ex ere nummi·
Cena apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium uesperna quam nunc cenam
appellamus·
Censionem facere dicebatur censor cum mulctam equiti irrogabat·
Cenacula dicuntur ad que scalis ascenditur·
Centumuirilia iudicia a·c·uiris sunt dicta·nam cuz essent Rome·xxx·⁊·v·tribus que
curie sunt dicte terni ex singulis tribus sunt electi ad iudicandum qui·c·uiri appel-
lati sunt ⁊ licet quinq; amplius q̄ centum uiri essent tamen quo facilius nomina-
rentur·c·uiri sunt dicti·

Centaurion medicamentum a chirone centauro inuentum.
Censere nunc signat putare nunc suadere nunc decernere.
Cęsio bastaria dicebat cū milite ml' cte noie ob delictū militar̄ idicebat q̄ bast as darȝ
Cartholipis genus simie que ultimam partem caude pilosam haber.
Ceritus furiosus Plautus in amphitrione iube hunc proceritum circumferri.
Ceruus q̄ cerata id est cornua gerat dictus.
Cereos saturnalibus munera dabant humiliores potentioribus quia candelis paupe res locupletes uero utebantur cereis
Celsus ex greco dictus.
Celeres anti qui dixerunt quos nunc equites dicimus a celere interfectore Remi. qui in initio a romulo is prepositus fuit qui primū electi fuerunt ex singulis curiis ide oq̄ꝫ omnino tricenti fuere.
Colunne dicte quod columnia sustineant. Cernuus calciamenti genus.
Crepidines saxa prominentia. Cloace a colluendo dicte.
Clunas simias a clunibus tritis dictas aiunt.
Crustumina tripus a tuscorum urbe crustumena dicta est.
Clucidatum dulce ⁊ suaue dicebatur.
Clodia familia a cloantho Enee comite est appellata. Clume foliculi hordei.
Clitum greci dicunt nos gloriam unde accepta prepositione fit inclitus In enim sepe augendi causa inducimus ut innocat inclinauit.
Clipeum antiqui ob rotunditatem ⁊ corium bouis appellarunt in quo fedus sabinorū cum romanis fuerat descriptum.
Classes clipeatas antiqui dixerunt quas nunc exercitum uocamus.
Clodie fosse a clodio duce Albanorum sunt dicte.
Claudere ⁊ clauis ex greco descendit cuius rei tutelam penes portunum esse putabant qui clauum manutenere fingebatur quia deus putabatur esse portarum.
Clauatantum consuetudo erat mulieribus donare ob significationem ptus facilitateȝ
Clausula quam greci uocant a breui conclusione est appellata.
Clauata dicuntur ut uestimenta clauis intexta. aut calciamenta clauis confixa.
Cauus annalis dicebatur qui figebatur in parietibus sacrarum edium per annos singulos ut per eos numerus colligeretur annorum.
Classis procincta exercitus instructus.
Clingere cingere a greco dici manifestum est.
Cercepā greci appellāt lucrari undiq̄ꝫ capientē quasi quē nos quoq̄ꝫ lucrionē uocam⁹
Classici testes dicebantur qui singulis testamentis adhibebantur.
Commentaculum genus uirgule qua in sacrificiis utebantur.
Ceruaria ouis dicitur que pro ceruo imolabatur.
Crepos. i. lupcos dicebant a crepitu pellicaꝝ quē faciūt vberantes mos enim erat romanis in lupercalibus nudos discurrere et pellibus obuias quasq̄ꝫ feminas ferire.
Condere componere.

Cincia locus Rome ubi cinciorum monumentum fuit.
Capital lintheum quoddam quo in sacris utebantur.
Castrensi corona donabaẗ qui primus hostium castra pugnando intrasset cui insigne erat ex auro uallum.
Colluuiaris dicitur porcus qui cibo permixto ⁊ colluuie nutritur.
Cognitor est qui litem alterius suscipit coram ab eo cui datus est procurator est autē absentis nomine actor.
Claudiana tonitrua appellabantur. Quia claudius pulcher instituit ut ludis post scenam collectus lapidum ita fixerit ut ueri tonitrus similitudinem imitaretur nam antea leues admodum ⁊ parui sonitus fiebant cum claui et lapides in labrum coniicerentur.
Cesones appellantur ex utero exempti.
Cesar quod est cognomen iuliorum a cesarie dictus est Quia scilicet cum cesarie natus est.
Capsit prehenderit.
Capreoli uitium palmites.
Cincinni intorti quia ad locum capiendum tendunt sunt appellati.

Capillatam uel capillarem arborem dicebant in qua capillum tonsum suspendebant.
Contestari litem dicunẗ duo aut plures aduersarii quod ordine nato iudicio utraque pars dicere solet testes estote.
Cauiares hostie dicebantur quod caue id est pars hostie. cauda tenus dicitur ⁊ ponebatur in sacrificio pro collegio pontificum quoquo anno.
Confeta sus dicebatur que cum omni fetu adhibeatur ad sacrificium.
Conclauare dicebantur que sub eandem erant clauem.
Colossus a colefo aurifice a quo formatur est dictus fuit enim apud rhodum insulam statua solis alta pedes. c. xxviij.
Codeta appellatur ager transtiberim quod in eo nascunẗ uirgulta ad caudarum equinarum similitudinem.
Censui a censendo agri proprie appellantur qui ⁊ emi ⁊ uendi iure ciuili possunt.
Comedum bona sua consumentem antiqui dixerunt.
Comedo qui ut supra bona sua consumit.
Censores dicti quod rem suam quisque tanti estimare solitus sit quantū illi censuerint
Claritudinem claritatem.
Casus dicimus non modo ea que fortuitu hominibus accidunt sed formam uocabuli qua in aliam cadit effigiem.
Cathachresim tropum nos abusionem dicimus cum alienis abutimur perinde ac propriis cum propria deficiunt.
Coquum ⁊ pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Ennius coquus inqt edit neptunum uenerem cererē significat p cererē panē p neptunū pisces p holera.
Camensem cursorem titinnius pro pistore dixit.

Conlatinum uentrem magnum et turgidum dixit. Plautus quia in eo omnia edulia congeruntur.
Conuexum est ex omni parte declinatum qualis est natura celi quod ex omni parte ad terram uersus declinatum est.
Calicatis calce politis.
Confecerunt una fecerunt.
Crebrifurum apud Ennium significat uallum crebris fureis id est palis munitum
Cyprio boui merendam. Ennius satadico uersu cum dixit significat id quod fieri solet in insula cipro in qua boues humano stercore pascuntur. idem cum dicit propter stagna ubi lanigerum genus pascitur piscibus esse paludem demonstrat in qua nascuntur. pisces similes ranunculis quos consectare oues edunt.
Canturnus nomen loci.
Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libram cepiam futurum tempus ab eo quod est cepi. cato cepiam seditiosa uerba loqui inuenitur quoque apud maiores & infiniti modi cepere.
Concionem antiqui masculino genere posuere.
Cognitu facilia eadem ratione dicitur qua dictu facilia & perfectu & factu.
Clitelle dicuntur non tantum he quibus sarcine colligate mulis portantur sed etiam locus Rome propter similitudinem & in uia flaminia loca quedam deuexa subinde & accliuia. est & tormenti genus eodem nomine appellatum.
Cloacale flumem dixit catho a cloacarum omnium concluuie.
Compluriens ac pluriens significat sepe. catho contumelias mihi dixisti compluriens.
Citera appellabatur effigies quedam arguta & loquax ridiculi gratia que in pompa uehi solita sit. catho in .M. cecilium quid ego dicerem amplius quem ego credo denique in pompa uectitatum ire ludis pro citera atque cum spectatoribus sermocionaturum.
Curionem agnum Plautus pro macro dixit quasi cura macruisset.
Coniector interpres somniorum.
Comparce pro compesce dixerunt antiqui.
Compersit Terentius pro compescuit posuit.
Creduas credas Plautus ipsus nec amat nec tu creduas ipsus pro ipse.
Cornus apud antiquos masculino genere dicebatur Plautus iam tibi tuis meritis crassius cornus redditus est pari modo diuerso genere dicebant hec ludus. hec metus hec amnis hec fons.
Collus quoque masculino dixerunt est enim genus tormenti e corio.
Culeus tormenti genus ab eadem origine.
Crumimina sacculi genus Plautus dii bene uortant cene crumimina minuerunt triginta mine.
Corinthienses ex eo dici ceperunt ex quo colonie corinthum sunt deducti qui ante corinthii sunt dicti quam consuetudinem seruamus etiam cum Romanenses ex, Pis=

panenses et Sicilienses negociatores dicimus q in alienis ciuitatibus negotiantur
Cauitionem dicebant quam modo dicimus cautionem.
Consuetionem Plautus pro consuetudine dixit.
Corculum a corde dicebant antiqui solertem et cautum Plautus in cassina ego sum liber meum corculum melliculum uerculum.
Cassinam fabulā plautus inscripsit ab ancille nomine cassia quā amari a se introduxit.
Conuiola occulta.
Cogitatim aduerbialiter pro cogitate.
Clientam pro cliente. Plautus dixit.
Comedice figuratum a comedo plautus euge heus adstitisti et dulce et comedice.
Capulum et manubrium gladii uocatur et id quo mortui efferuntur utrumqꝫ a cicendo dictum sane a capulo fit capularis.
Classis id est celaueris.
Custoditia est opera ad custodiendum quid sumpta.
Citior comparatiuū a cito. plautus nullā ego rē citiorē apud homines esse ꝙ famā reor.
Clunes masculine. Plautus quasi ab armis ualeo clunes infractos fero.
Coquitare id est frequenter coquere. Plautus posuit.
Canitudinem ꝓ canitie. Plautus stultus est aduersum etatē et cepitis canitudinem.
Corruspari conquirere Plautus corruspare tua consilia in pectore.
Cecultant cecis proxime sunt oculorum acie obtusa. Plautus nunc nam mihi cecultant est nunc hic noster hermio.
Cudere a cedendo dictum.
Compilauisti dictum a Neuio pro corripuisti et inualasti.
Claua teli genus qua Hercules utebatur.
Calones militum serui dicti qui ligneas clauas gerebant grece uocantur is quoqꝫ qui huiusmodi telo utitur clauator appellatur.
Consiptum apud Ennium pro conseptum inuenitur.
Curionia sacra. que in curiis fiebant.
Corpulentis. Ennius ꝓ magnis dixit nos corpulentū dicimus corporis obesi hoīem.
Conciliatrix dicitur que uiris conciliat uxores et uxoribus uiros.
Conuente conditio dicebatur cum primus sermo de nuptiis et eaꝝ conditiōe habebat
Conceptiue ferialia festa dicebantur que in certis diebus obseruabantur quotannis ue sementine compilatice.
Celibari hasta caput nubentis comebatur quod in corpore gladiatoris stetisset obiecti occisi. ut quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris sic ipsa cum uiro sit. uel quia matrone Iunonis curetis in tutela sint. que ita appellabatur ferenda hasta que lingua Sabinorum cures dicitur. uel ꝙ fortes uiros genituros ominetur. Uel ꝙ nuptiali iure imperio uiri subicitur nubens. quia hasta summa armorum et imperii est quam ob causam uiri fortes ea donantur et captiui sub ea ueniunt quas greci uocant.

Cingulo noua nupta precingebatur quod uir in lecto soluebat factum ex lana ouis ut sicut illa in domum sublata cōiuncta inter se sit· sic uir suus secum cinctus vincculisq; esset nunc herculaneo nodo uinctū uir soluit omnis gracia ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis ut fuit herculanus qui septuaginta liberos reliquit·
Camellus virginibus supplicare solite erant nupture·
Cinxie Junonis nomen sanctuz habebatur in nuptiis q; initio coniugii solutio erat cinguli quo noua nupta erat cincta·
Cumeram antiqui vocabant vas quoddam opertum in nuptiis quod ferebant in quo erant nubentibus vtensilia quod et camillum dicebant· eo q; sacrorum ministrum appellabant·
Comptus idest ornatus a greco descendit apud quos dicitur apud nos comis et come dicuntur capilli aliqua cura compositi·
Corolla diminutiuum est a corona· corollā noua nupta de floribus uerbenis herbisq; a se lectis sub amiculo ferebat·
Cupressi mortuorum domibus ponebantur ideo quia huius generis arbor excisa non renascitur· sicut ex mortuo nihil est iam sperandum· quam ob causam in tutela Ditis patris esse putabatur·
Curiales flamines curiarum sacerdotes·
Cuparisse appellant acies quedā ignee q̄ noctu apparere solēt ad similitudinē cupressi
Conquirere deputare·
Carnificis loco habebatur is qui se vulnerasset ut moreretur·
Capita deorum appellabantur fasticuli facti de uerbenis·
Consiptum clauis preconfixum·
Cornisce locus erat trans tiberim cornicibus dicatus q; Junonis tutela esse putabat·
Celestia auguria esse uocant cum fulminat tonat·
Caduca auspicia dicebant cum aliquid in templo excidit ueluti uirge manu·
Cliuia auspicia dicebant que aliquid fieri prohibebant· omnia eniz difficilia cliuia uocant· unde et cliuia loca ardua·
Curiales mēse in qb⁹ imolabat Junoni q̄ curis est appellata· Cōtrariū es graue es·
Centūuiralia iudicia que centū iudicabant uiri· Circumliminiū ius prediorum
Cubam Sabini uocāt eam quā militares loricam· vnde uidet deriuatū esse cubiculū·
Condere est dicendo denunciare·
Commetacula virge quas hōies portāt per gētes ad sacrificiū ut a se hōies amoueant·
Casta mola genus sacrificii quod uestales uirgines faciebant·
Cincta flaminea ueste uelata· Captus locus dicit ad sacrificiū legitime cōstitut⁹·
Cuprilia appellatur ager qui vulgo ad capre paludes dici solet·
Canifera que fert canum idest qualum quod est ciste genus·
Conrignum frustum carnis cum septem consuis demptum·
Couauditum coauditum sicut coāgustatū dicit· Censio estimatio· vnde censores·
Corda frumenta que sero maturescunt ut frenum cordum·

Consensia sacra que ex consensu multorũ sunt statuta.
Culina uocatur locus ubi epule in funere comburuntur.
Calpar vinum nouum quod ex dolio demitur sacrificii causa anteq̃ gustet Joui enim prius sua sacra libabant que appellabant festa vinalia.
Cicatricare cicatrices inducere.
Compescere lucũ est lucũ finibus cohibere. Coniungento conuocato.
Capitarium es quod capi potest. Conquirere cohercere.
Capitalis locus ubi si quid uiolatum est caput violatoris expiatur.
Cloacare inquinare vnde et cloace dicte.
Conregione eregione.
Conditio in diem certum eius rei que agitur denuncio.
Cubans auspicatur qui in lecto querit auspicium.
Contio conuentus dicta uelut conuocatio idest longa eiusdem rei agitatio in eadem mora consilii explicanda.
Cogitatio dicta quasi coagitatio idest longa agitatio.
Claz a clauib⁹ dictũ eo q̄ bis que celare volumus que esse uolumus oculta claudim⁹.
Celia q̄ ea celent que esse volum⁹ oculta Ciere nominare uocare.

Uco cum pro puto ponimus ex greco deducit quod illi dicunt
Duplionem antiqui dicebãt quod nos duplũ venit a greco diplo.
Dius cẽsus dicebat cũ altero.i.cũ filio cẽsus.
Dius dia dium a diis venit.
Duis pro dederis antiqui dicebant quo vtitur Cicero contra Catbalinam duint idest dederint. Diudens hostia bidens.
Duellum bellũ uidelicet quod duabus partibus de victoria continet bellum contendẽtibus dimicatur inde et perduellio qui pertinaciter retinet bellum.
Duonum bonum dixere. Duplabis duplicabis.
Duo de viginti dicẽdi cõsuetudinẽ a grecis traxisse videmus qui sic enũciãt
Dumosa frondosa. Dumus a greco deducitur.
Dubiat pro dubitat.
Dubenus apud antiquos dicebatur qui nunc dominus dicitur.
Dusmo in loco apud Liuium significat dumosum locum.antiqui enim interserebãt.s. litteram et dicebãt cosmittere pro cõmittere et casmene pro camene.
Dumet antiqui quasi dumestica appellabant que nos dumeta.
Domus venit a greco
Dragones dicti q̄ acute videant.clarissimam enim dicuntur babere oculorum aciem qua ex causa incumbentes eos thesauris causa finxerunt antiqui.ideoq̃ Esculapio attribuunt q̄ vigilantissimi generis putat que res medicine maxime est necessaria.
Dici mos erat romanis in omnibus sacrificiis precibusq̃ Populi Romani quiritibusq̃ quod est curibus que ciuitas Sabinorum potentissima fuit.

Daliuuz supinū ait esse aurelius elius. stultus ostorum quoqꝫ lingua significat insanū
Sacra uero dici putant ipsum quem greci id propter eius fatuitatē
quis misereri debeat.

Daps apud antiquos dicebatur res diuina. que fiebat aut hiberna sementi aut uerna quod uocabulum e greco deducit̄ apud quos id genus epulaꝝ dicit̄ itaqꝫ ⁊ dapa rice se acceptos dicebant antiqui significantes magnifice ⁊ dapaticis negotium magnificum et amplum.

Dedelam a uarietate rerum artificiorumqꝫ dictam esse apud Lucretiuz terram apud enniū Mineruā apud Virgiliū circe facile est intelligere cū greci significāt uariare

Damnum sacrificium quod fiebat in operto in honore dee bone dictum a contrarieta te quod minime esse id est publicum dea quoqꝫ ipsa ⁊ sacerdotes eius.

Dacronas pro lachrimas Liuius sepe posuit ni miꝝ ꝙ greci appellant
Item dautia que lautia dicimus ⁊ dantur legatis hospicii gratia.

Danunt donant dasi donare.

Daniste feneratores.

Dagnapes sunt auiū gen⁹ quas egiptii inter potandū cū coronis deuincere soliti sunt que uelicando morsicandoqꝫ ⁊ canturiendo assidue non patiunt̄ dormire potantes

Daunia apulia appellant a Dauno Illirico gentis claro uiro qui eam propter dome sticam seditionem excedens patria occupauit.

Seorsum dictum ꝙ pars ea corporis deuexa sit deorsum.

Donum ex greco dictum est quod illi uocant.

Donatice corone dicte ꝙ his uictores in ludis donabant̄ que postea magnificentie cā institute sunt sup modū aptaꝝ capitibus quali amplitudine fiūt cū lares ornant̄

Dorem manifestum est ex greco esse nam dicitur apud eos dare.

Doliola locus in urbe sic uocatur quia inuadentibus gallis senonibus urbem sarram in eodem loco doliolis spuebant ne despuere alicui liceret.

Dolus uocabulū nūc tm̄ in malis utimur apud antiquos etiaz in bonis rebus utebant̄ unde adhuc dicimus sine dolo malo nimirū quia solebat dici etiam dolus bonus.

Dirus dei ira natus.

Derogare proprie est cum quid ex lege uetere quominus fiat sancitur lege noua de- rogare ergo detrahere est.

Diem rectum dicebant per antiphrasim uolentes significare malum diem.

Dirigere apud Plautum est pro discedere.

Diruncinnt depurgant.

Dirutum ere militem dicebant antiqui cui stipendium ignominie causa non erat datū quod es diruebatur in fiscum non in militis sacculum.

Delegata dicebant diis consecrata que nunc dedicata. unde adhuc manet dedicatus quasi lusui dicatus.

Dedicare est autem proprie dicendo deferre.

Depuere cedere. Lucius palmisqꝫ misella depuit me id est uerberauit me quod ipsum e greco est.

Dedicta intelligitur ualde data.

Deperire signat ualde perire.

Derrbis greci appellant pelles nauticas quas uocamus segestria.
Demum qd signat post apud Lucilium Demus legitur alii demu p duntaxat posuerunt
Denicales ferie colebantur cum hominis mortui causa familia purgabatur greci eni mortuum dicunt.
Diminutus capite appellatur qui ciuitate mutatus est et ex alia familia in aliam adoptatus et qui liber alteri mancipio datus est et qui in hostium potestatem uenit et cui aqua et igni interdictum est.
Diuidicula antiqui dicebant que nunc sunt castella ex quibus a riuo communi aquam quisque in suum fundum ducit.
Defrui dicebant antiq deamare deperire significantes omnem fructum percipere.
Deinceps quod deinde ceperit ut princeps qui primum cepit.
Diuidiam discordiam. Deuersus deorsum uersus dicebant.
Deus dictus qp nihil ei desit uel quia omnia commodo hominibus dat siue a greco theon quod signat metum eo quod omnibus metus sit sed magis constat id uocabulum esse dictum aspiratione dempta qui mos antiquitus nostris frequens erat.
Dium antiqui ex greco appellabant ut a deo ortum id est diuinum sub celo lumen unde adhuc sub diuo fieri dicimus quod non sit sub tecto et inter dius cui contrarium noctu.
Deuitare ualde uitare. Demagis pro minus antiqui dicebant.
Denarie ceremonie dicebantur et tricennarie quibus sacra adituris decem continuis rebus uel triginta certis quibusdam rebus carendum erat.
Decrepitus est disperatus crepera ideo uita ut crepusculum extremum diei tempus siue decrepitus dictus quia propter senectutem nec mouere nec ullum facere potest crepitum id est sonum.
Decumanus appellatur limes qui fit ab ortu solis ad occasum alter ex transuerso currens appellatur cardo.
Decumana oua dicuntur et decumani fluctus dicuntur quia sunt magna nam et ouum decimum maius dicitur et fluctus decimus fieri maximus dicitur.
Deprensa dicit genus militaris animaduersiois castigatoe maior ignominia minor.
Decima queque ueteres diis suis offerebant.
Decuriones appellantur qui denis equitibus presunt.
Depolitum perfectum quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant.
Degunere degustare. Decures decuriones.
Depubem porcum lactantem qui prohibitus sit pubes fieri.
Deroges detrite toge dicuntur.
Ditianam dianam quam esse lunam putant dicta quod fulgore suo noctu oia ostedat
Deblacterare est stulte loqui.
Dicharcea uocabat que nuc puteoli quod ea ciuitas quanda iustissime regebatur.
Demoe apud antiquos sunt ut apud nos pagi. Dice p dicam antiqui posuere.
Discermina dicuntur que decerpuntur purgandi causa.

Discectiones diuisiones patrimoniorum inter consortes.
Dispensatores dicti qui es peusantes expendebant non adnumerabant hinc deducitur expensa siue dispensata uel compensata item compendium dispendium.
Dispescere ē ꝓprie pec⁹ a pastione deducē ut ꝯpescere una pascere in uno loco ꝯtinē
Desuiare desinere. Dispretus ualde spretus.
Dissutus porcus dicitur cum in ceruice setas diuidit.
Disertus a diserendo dictus.
Dignorant signa imponunt ut fieri solet in pecoribus.
Disertum pro diserte dixerunt antiqui.
Discisum et pertisum dicebant quod nunc discessum et pertesum.
Delibrū dicebāt fustē delibratū ꝗ est decorticatū quem uenerabant pro deo.
Delitia est lignum quod a culmine ad tegulas anguares infirmas uersus fastigatuz collocatum unde tectum deliciatum et tegule delitiares.
Degere antiqui posuerunt pro expectare. Deterrie porce idest macilente.
Delibrare aquam sulco deriuare. Delicare ponebant pro deducere.
Deliquium solis a delinquendo quod delinquatur in cursu suo.
Delinquere est pretermittere ꝙ non oportet preteriri hinc deliquia et delicta.
Deliquum apud Plautum significat minus.
Derusos esse detonsos uel deminutos.
Delanicare est descendere et quasi lanam trahere unde lenones et lenocinia et lanius dicitur qui pecus discedit.
De lapidata lapide strata.
Dextans dicitur quia assi deest sextans quemadmodum duo de uiginti et deunx.
Deluit soluit.
Delectus militum et is qui signat amatus a legendo dicti sunt.
Deliberare a libella qua quid perpenditur dictuȝ. Detractare est male tractare.
Dextimum et sinistimum antiqui dixerunt. Dextra auspicia prospera.
Dextriarium tibiarum genus est que dextra tenentur.
Diobolares meretrices dicuntur que duobus obolis ducuntur.
Dies dictus ꝙ diuini sit opis siue a diloue eius ut putabant rectore qui grece appellatur siue ꝙ cerni diuinus debistat in candorem.
Diabathra genus solearum grecanicarum. Deorata perorata.
Deactio peractio. Dianius locus diane sacratus.
Diffarreatio genus erat sacrificii quod inter uirum et mulierem fiebat dissolutio dicta a farre nam fiebat farreo libo adhibito.
Dialis flamen et diuȝ heroum aliquis a Ioue genus ducens.
Defresam detritam atq; detonsam.
Deinde compositum ex prepositione et loci significatione ut exinde proinde subinde qui item tempus signant. Diox genus piscis frequens in ponto.
Diuum quod sub celo est extra tectum a Ioue dicebatur.

Deincipem dicebant antiqui proxime quem captum ut principem primum captum.
Diomedis campi in Apulia appellabantur qui ei diuisione regni quam cū Daúno fecerat cesserunt.
Diomedea insula in qua diomedes sepultus est excedens Italia.
Depontani senes appellabantur qui sexagenarii de ponte deiiciebantur.
Deformicatum a formicibus succisum quibus confoueri erat solitum.
Depeculatus a pecore dicitur. qui enim populum fraudat peculatus pena tenetur.
Deculcarūt ualde occultarūt ⁊ occuparūt. Decalceatū calce litū. Dicassit dixerit
Diū fulgur appellabāt diurnū ꝙ putabāt Joui nocturnū fulmē Sumano attribuebāt.

Lucum significat languidum et semisomnū. uel ut alii uolunt allucinatorem et nugaꝝ amatorē siue balonez idest hesterno uino languētem quod uocant greci.
Emere quod nunc est mercari antiqui accipiebant pro summere.
Elices sulci aquarii per quos aqua collecta educitur e lyra.
Ennam etiam ne. Elaudare plus ꝙ nominare.
Elecebre argentarie meretrices ab eliciendo argento dicte.
Electabo eliciam. En nunꝙ et quando. Emussitata ad amussim facta.
Ennoitium initium. Emparda paganorum dea. Emen euden.
Elumbum auulso lumbo. Elinguem sine lingua.
Elacatena genus salsamenti quod appellatur a uulgo malandria.
Enubrio inbibenti. Elixa a liquore dicta.
Endoplorare implorare quod est cum questione inclamare. implorare nanqꝫ est cum fletu rogare quod est proprie uapulantis.
Endo pro cinctu. signat autem cum ex castris in prelium exitū est ꝓcinctus quasi percinctos atqꝫ expeditos. nam aput antiquos toti succincti pugnasse dicuntur.
Emptiuum militem mercenarium.
Emancipati duobus modis dicuntur aut qui ex patris iure exiuerunt. aut illi qui aliorum funt domini quorum utrumqꝫ fit mancipatione.
Eum antiqui dicebant pro eorum. Em pro eum ab eo quod est is.
Egerie nymphe sacrificabāt pregnātes ꝙ eā putabāt facile cōceptū aluum egerere.
Escarie mense quadrate uocantur in quibus homines epulantur. Adclabris ea que in sacrificio diis adclaratur quod est hauritur ministraturqꝫ.
Excit idest exit. Eapse ea ipsa.
Euelatum uentilatum. unde uelabra quibus frumenta uentilantur.
Egens uelut exgens cui ne gens quidem sit reliqua.
Eiuratio signat id quod desideratur non posse prestari Plautus eiurauit militiam.
Euerriator uocat qui iure accepta hereditate iusta facere debet defuncto que si nō fecerit seu quid in ea re turbauerit suo capite luat. id nomē ductū a uerēdo. nā exuerne sunt purgatio quedā domus ex qua mortuus ad sepulturā ferendus est que fit

per euerriatorem certo genere se oparum adhibito ab extra uerrendo dictarum

Egretus τ adgretus ex greco sunt dicta a surgẽdo τ ꝓficiendo uñ quasi nocti surgiũ

Eceres iusiurandum est ac si dicatur per cererem ut ecastor edepol.

Europam tertiam partem orbis ab europa agenoris filia certuȝ est appellari. sed alii de amore Iouis in thaurum uersi narrant alii eam a predonibus raptam τ nauem que in Iouis tutela effigiem thauri habuit in eam regionem esse delatam quidam ob pulchritudinem regionis propter simulationem rapte filie occupatam terram ab agenore τ phoenicibus ferunt.

Epolones dicebant antiqui quos nunc epulones dicimus datum est autem his nomen indicendi Ioui ceterisq diis epulas potestatem haberent.

Eudiceȝ lineũ filuȝ quod medici extremo ministerio relinquũt p quod chimos emitti

Euboicum talentum numero greco septem milium τ quingentorum cistophorum est apud quatuor milium denariorum.

Extrarium ab extraneo sic distinguitur extrarius est qui extra focum sacramentum iusq sit. extraneus ex altera terra quasi exterraneus.

Exta dicta ꝙ ea diis prosecentur que maxime extant eminentq.

Extimum extremuum signat ita ut intimo sit contrarium.

Exterrecinius quoq dicitur τ qui ante tempus natus uel potius electus est dictus autem exterrecinius quod eum mater exterrita aluo eicit.

Externus est alienus terre.

Experrectus a corrigendo se uocatus quod fere facimus recentes a somno.

Experta antiqui dicebant quasi experitia habita.

Excudere pro cudere τ incus ipsa a cedendo dicta sunt.

Explorare antiquos pro exclamare usos Sed postea prospicere τ certum cognoscere ceperit significare itaq speculator ab exploratore hoc distat quod speculator hostilia silentio perspicit explorator clamore cognoscit.

Expapillato brachio extento ꝙ cum fit papilla nudatur.

Experes exemteratos siue ex hue que exbiberunt q̄ nepote.

Exdorsua dorsum confringe alii exime.

Exfit purgamentum unde τ adhuc manet suffio.

Exlitius iudex quem una pars eligit. Excendere egredi.

Experitos imperitos. Explenunt explent.

Exducte exuuie. Excier excutiet.

Excipuum ꝙ excipiatur ut precipuum quod ante capiatur.

Expatare in locum patentem se dare siue in spacium se conferre.

Exdecimata electa. Expectorat ex pectore eicit.

Experrectus est qui per se uigilare cepit.

Expergitus ab alio excitatus quẽ solemus dicere expergefactum.

Excidionem urbis a cedendo dictum manifestum est.

Effata elocuta.

Exporgere porro agere exporrigere.
Exoletus qui adolescere id est crescere desiit. Exanclare exhaurire.
Examen est & equamentum & iudicii inuestigatio examinatio & apum congregatio & locustarum
Examussum regulariter amussis enim regula fabrorum est uel ut alii uolunt ferramentum quo in poliendo utuntur.
Exagogem uectionem. Exegregie egregie id est ex grege lecte.
Exodium exitum. Exurgentes exprimentes.
Exoriri surgere. Egregius egrege lectus.
Exuuie ab exuendo dicte.
Exercitus & militum copia dicitur & homo multis negociis exercitus.
Exomides sunt comici uestitus exertis umeris.
Exiles a tenuitate uiarum quas greci ita appellant unde uidentur esse dicta.
Ebulus grece Sambucus dicit. Exilita causa que aduersus exulem agitur.
Exitium antiqui ponebant pro exitu nunc exitium pessimum exitum dicimus.
Exercirent sarcirent.
Exercitionem exerciti dicebant antiqui exercitationem exercitati. Item exerciorem exercitissimum.
Exfuti exfusi ut mertat pro mersat.
Effari & effata a fando quod ipsum ex greco.
Equiria ludi quos Romanus Marti instituit per equorum cursum qui in campo martio exercebatur.
Exquirine iusiurandum per quirinum. Equestre es. quod equiti dabatur.
Equitare antiqui dicebant equum publicum merere.
Equus marti immolabatur quod per eius effigiem troiani capti sint uel quod ex eo genere animalis mars delectari putaretur.
Equo uehi flamini diali non dicebat ne si longius digrederetur sacra negligerentur.
Exinfibulat exercebat fibulas enim sacerdotum uocabant.
Existimare dictum ab estimatione.
Exrogare est ex lege uetere aliquid eximere per nouam legem.
Eximium inde dici ceptum quod in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur uel quod primum natum erat.
Electrum in capadocia gigni testis est Archelaus qui ibi regnū obtinuit transluceens et formicas culices siue muscas et folia sicca itemque paleas ut magnes ferrum ad se trahens.
Ebenus lignum est interius nigrum solidum pulcrum aptum ocularibus.
Exemplum est quod sequamur aut uitemus.
Exemplar ex quo simile faciamus. illud animo estimat. illud oculis conspicitur.
Exhaustant efferunt.
Exin metri causa dicitur pro exinde.

Exesto pro extra esto sicut enim lictor in quibusdam sacris clamitabat hostis uictus mulier uirgo exesto scilicet interesse probibebatur.
Epulares qui in quibusdam ludis noctu epulabantur.
Epistilium trabs que super columnas ponitur.
Epaeus nomen cuiusdam fabri qui equum troianum fecit.
Epicrocum genus amiculi croco tinctum tenue ⁊ per lucidum.
Epulam antiqui etiam singulariter posuerunt.
Epilimma genus uilissimi unguenti.
Erctum citum que fit inter consortes ut libris regum Romanorum legitur erctum a cohercendo dictum unde ⁊ hercis unde ⁊ ercissi. citum autem est uocatum a ciendo
Ederam flamini diali neqꝫ tangere neqꝫ nominare fas erat pro eo quod edera uincit ⁊ ad quodcunqꝫ se applicat sed ne annulū quidem gerere licebat ei solidum au a.i quem in se habere nodum.
Ediatrie qui regiis epulis presunt dicti a greco.
Eruum ⁊ Eruilia a greco sunt dicta nam illi eruum erouon eruiliam appellant.
Ergo correptum significat idem quod apud grecos producte idem quod hoc est gratia cum scilicet gratia intelligatur pro causa sed illud superius etiam sine exemplis notum est hoc inferius sic sonat cum dicimus de aliquo statu d'Donatu⁊ honoris uirtutisqꝫ ergo id est honoris uirtutisqꝫ causa.
Eritudo seruitus est siue seruitudo.
Erugere semel factum significat quod eructare sepius.
Erebum Uirgilius interdum obscuritatem quandam esse describit apud inferos cum ait. Imas erebi descendit ad umbras Interdum flumen eiusdeꝫ loci dicens ⁊ magnos erebi tranauimus amnes Uarro uero erebo natam noctem ait unde est ⁊ illud erebo creatam fuscis crinibus noctem inuoco.
Effafilatum exercitum quod scilicet omen exerto brachio fit.
Exfilatum id est extra uestimentum fila contextum.

Ornacalia sacra erant cum far in fornaculis torrebant.
Formie opidum appellatur ex greco ormite quod circa id crebre stationes tuteqꝫ erant unde proficiscebantur negociaturi.
Forma significat modo faciem cuiusqꝫ rei modo calidam ut cum exta q̄dantur de forma appellabantur ⁊ Cato ait de quodam edificio estate frigido hieme formido item forma appellatur puls ex milio ⁊ melle facta.
Fordicales boues id est forde boues id est grauide dicte a fetu que immolabantur fordicidia sacra cum forda bos mactatur.
Foedus appellatum quod in paciscendo federe hostia macteretur. Uirgilius et cesa iungebant federa porca uel quia inter federa interponatur fides.
Forcipes dicuntur quod his forma id est calida capiuntur.
Forbeam antiqui omne genus tibie appellabant.

Foedum antiqui dicebant pro edo ut et dicunt folus pro olere fosciz pro hoste et fcl cam pro hostia.
Furnum nigrum uel atrum. hinc dicta furnus furie funus fuligo fulgus fumus.
Fodare fodere. Fontes frugi et bonus siue ualidus.
Forum sex modis intelligi-primo negociationis locus ut forū flamineū. forū iuliū ab eorum nominibus qui ea fora custodienda curarunt quod etiam in locis priuatis et in uiis et agris fieri solet. Alio in quo iudicia fieri cū populo agi cōtiones haberi solent. Tercio cū is qui ꝓuincie preest forum agere dicit cū ciuitates uocat ⁊ de cōtrouersiis eorū cognoscit. Quarto cum id forū antiqui appellabāt quod nunc uestibulū sepulchri dici solet. Quīto locus in naui sed tū masculini generis est et plurale. Sexto fori significāt et circēsia spectacula ex quibus etiam minores forulos dicimus. inde et forare foros dare et fores et foras et forcule. i. hostia dicuntur.
Fons a fundendo que aquam fundit.
Fomites sunt assule ex arboribus dū cedūtur excusse. dicte ꝙ in eo opere occupati cibis po. ucꝫ cōfouentur. At horbilius adustas iam uirgas uocari existimat fomites Alii uocari putant scintillas q. e ex ferro cādenti malleis excuciūtur. dicte autē ita quia igni sunt confote. pari modo assule que sunt securibus excusse.
Fontanolia fontium sacra unde ⁊ Rome fontanolis porta.
Folium a greco uenit quod illi dicunt phillon sed ideo per unum l. quia antiqui nō geminabant consonantes.
Focus fomenta focillationes foculi a fouendo id est calefaciendo.
Folliculare appellatur pars remi que folliculo est tecta a quo uita folliculeris.
Ferentārii auxiliatores in bello a ferendo auxilio dicti uel ita appellati quia fundis ⁊ lapidibus pugnabant que tela feruntur non tenentur.
Ferentum genus libi dictum quod crebrius ad sacra ferebantur nec sine strue altero genere libi que qui ferebant Stru ferentarii appellebantur.
Feralia diis manibus sacra festa a ferēdis epulis uel a ferendis pecudibus appellata
Ferie a feriendis uictimis dicte.
Februarius mensis dictus quod tum idest extremo mense populus februaretur id est lustraretur ac purgaretur qui mensis erat anni ultimus uel a Junone februata quā alii ferualem Romani februalim uocant ꝙ ipsi eo mense sacra fiebant eiusqꝫ ferie erant lupercalia quo die mulieres februabantur a lupercis amiculo Junonis id est pelle caprina quam ob causam is quoqꝫ dies februatus appellabatur quecunqꝫ denique purgamenti causa quibusqꝫ sacrificiis adhibentur februa appellabant id uero quod purgatur dicitur februatum.
Fascennini uersus qui canebantur in nuptiis ex urbe fascennina dicuntur allati siue ideo dicti quia fascinationes putabantur arceri.
Fenus fenerator ⁊ lex.
Fenebris decredita pecunia dicta sunt a fetu qui crediti nummi alios pariunt ut apud grecos eadem res fenum quoqꝫ pratorum ab hac causa est appellatum quoniam

id ipsum manens quotannis nouũ parit unde etiam et fistuca dicta est.
Felicata patera dicta ꝙ ad felicis herbe speciem sit celata idest sculpta.
Fesnoe uocabantur que depellere fascinum credebantur.
Ferias antiqui festas uocabant. et alie erant sine die festo ut Saturnalia quibus adiũgebant epulationes ex prouentu pecorũ frugumqꝫ.
Ferire dictũ ꝙ ferientes ferunt. Felicones mali et nullius usus a fere dicti.
Filtra sunt incantationes ad uiros in amorem reducendos uel alienandos.
Ferus ager incultus.
Factio et factiosus initio honesta uocabula erant. unde adhuc factiones histrionuꝫ ꝛ quadrigarioꝝ dicunt. modo nomine factionis seditio et arma uocantur.
Fama a fando dicta sic aput grecos
Familia autem antea in liberis hominibus dicebať quorũ dux et princeps generis uocabatur pater et mater. unde familie nobilium pamphiliorum ualesiorum corneliorum. et familiares ex eadem familia postea hoc nomine etiam famuli appellari ceperunt permutata. h. cum. u. littera.
Facessere significat interdum facere ut est iussa facessunt Interduꝫ uero pro abeat ponitur Pacuuius facessite omnes idest hinc abite.
Facul antiqui dicebant et faculter pro facile unde facultas et difficultas uidentur dicta sed postea facilitas morum facta est facultas rerum.
Famulariũ dicebať quod nunc seruitiũ. Familicaſaꝫ terram plaustrem uocabant.
Famuli origo ab oscis dependet aput quos seruus famul nominabatur unde et familia uocata.
Fagutal sacellum Iouis in quo fuit fagus arbor que Ioui sacrata habebatur.
Fouii qui nunc fabii dicti ꝙ princeps gentis eius ex ea natus sit cuꝫ qua Hercules in fouea concubuit. Alii putant eum primuꝫ ostendisse quẽadmodum ursi et lupi caperentur foueis.
Facies antiqui dicebant ut fides. Famino dicito
Facem in nuptiis in honorem cereris preferebant aqua aspergebať noua nupta siue ut casta puraqꝫ ad uirum ueniret siue ut ignem atqꝫ ut aquaꝫ cũ uiro cõmunicaret.
Fabam nec tangere nec nominare diali flamini licebat ꝙ ea putať ad mortuos pertinere. nam et lemuralibus iacitur laruis et parentalibus sacrificiis adhibeť et in flore eius cum aperitur luctus apparere uidetur.
Flamen dialis dictus ꝙ filo assidue ueletur. indeqꝫ appellať flamen quasi filamen dialis autem appellatur a dio idest Ioue a quo uita dari putabatur hominibus.
Famella diminutiuum a fama.
Fastigium est edificii summum.
Fabiani et quintiliani appellantur luperci a fabio et quintilio propositis suis.
Fastorũ libri appellantur in quibus totius anni sit descriptio. fasti eniꝫ dies festi sunt.
Faunum a fauno dictum siue a fando. ꝙ dum Pontifex maximus dedicat certa. ꝓfatur.

Fauus a fauendo.
Fanisse locum sic appellabant in quo erat aqua inclusa circa templa sunt autez qui pu tant fanissas esse in capitolio cellis sub terraneis cisternisqz similes ubi reponi erant solita ea que in templo uetustate erant facta inutilia.
Fauentiam bonam ominationem significat nam precones clamantes populum sacri ficiis fauere iubebant fauere eniz est bona fari At ueteres poete pro silere usi sunt fauere.
Falcones dicuntur quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curuati a similitudi ne falcis.
Falarica genus teli missilis quo utuntur ex falis idest ex locis extructis dimicantes.
Farantur multa fantur.
Fale dicte ab altitudine a falando quod apud etruscos significat celum.
Fai fenum uirgulti genus.
Falcinum et fas a fando nominabantur.
Fartores nomenclatores qui clam uelut infarcirent nomina salutatorum in aurem cã didati.
Furinalia sacra furine quam deam dicebant.
Fugere est putrefieri Marcus. T. libro tercio offitiorum ait Uinum fugiens uendat sciens. nam si putrefiat fugit ab usu nostro.
Furciles siue furcilla quibus homines suspendebantur.
Fundus dicitur ager ꝙ planus sit ad similitudinem fundi uasorum fundus quoqz di citur populus esse rei quam alienat hoc est auctor.
Futare arguere est. unde et confutare. sed catho hoc pro sepius fuisse ponit.
Futiles dicuntur qui silere tacenda nequeunt sed ea fundunt. Sic et uasa futilia a fun dendo dicta.
Flagratores dicebantur homines qui mercede flagris cedebantur.
Flustra dicuntur cum in mari fluctus non mouentur.
Flator tibicina a flando dictus.
Flemina dicuntur cum ex labore uie sanguis defluit circa talum.
Flaminius circus et flaminea uia a flaminio consule dicta sunt qui ab Annibale inter fectus est ad lacum Trasimenum.
Flaminea edes domꝰ flaminis dialis. Flãmearii infectores coloris uiolarii dicũt
Flumentana porta Rome appellata ꝙ tyberis partem per eam fluxisse affirmant.
Flammeo amicitur nubens boni causa ꝙ eo assiduo utebatur flaminica idest flami nis uxor cui non licebat facere diuortium.
Fidusta a fide denominata ea que maxime fidei erant.
Fides genus cythare dicta ꝙ tantum inter se corde eius quantuz inter homines fides concordet cuius diminutiuum fidicula est.
Fiscellus casei mollis apertior ut Catilliones catulorum liguritores.
Fiber genus uespe quadrupes. Plautus sic me subes quotidie quasi fiber silicez quo

nomine extra me ore fluminis appellant· unde et fibras iecinorum et fimbrias uestimentorum dicimus·

Fratria uxor fratris·

Friuola sunt proprie uasa fictila quassa unde dicta uerba friuola que minus sunt fide subnixa·

Frater a greco dictus est uel ꝙ sit fere alter·

Frontē antiqui masculino genere dixere·

Fremitū dictū uelut fermentum·

Fratilli uilli sordidi in tapetis·

Frecebunt displicebunt·

Forago filum quo textrices diurnum opus distinguunt a forando dictum·

Frutinal templum Ueneris frutete·

Fringuilla auis dicta ꝙ frigore cantet et uigeat vnde et fringuttire·

Fratrarie pueroꝝ māme dicunt cum primū tumescunt ꝙ uelut fratres pares oriuntur quod etiam in frumento spica facere dicitur·

Frigere et fricium a greco uenit·

Fragelle locus in urbe in quo ciuitatis fregee hospites habitauerunt·

Festrā ātiqui dicebant quā nos fenestraꝫ·

Fraulus exit qui fraudem cōmiserit·

Faleri opidum a fale dictum·

Fraxare uigiliam circuire·

Florifertū dictū ꝙ eo die spice ferunt ad sacrariū·

Frugamēta a frugibꝰ appellata

Frendere est frangere· unde et faba fresa unde et dentibus dicimus frendere·

Formucales forcipes dicte ꝙ formam capiant·

Farrago appellatur id quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis·

Feciales a ferendo dicti· apud hos enim belli pacisqꝫ faciendi ius est·

Feretrius Jupiter dictus a ferendo ꝙ pacem ferre putaret· ex cuius templo sumebat sceptrum per quod iurarent et lapidem silicem quo fedus ferirent·

Femur femoris et femen feminis·

Feneror et fenero dici potest·

Frux frugis dixerūt antiqui frugā et fructū·

Ferocit apud Catbonē ferociter agit·

Fuere item pro figere·

Fruminiscor et frimitum dixit Catbo nosqꝫ cum adhuc dicimus infrimitum certuꝫ est antiquos dixisse frimitum·

Felices arbores Catbo dixit que fructum ferunt infelices que non ferunt·

Falsio et falsior cum rationabiliter dici possint non tamen in consuetudine·

Fucilis falsa dicta autem quasi fucata·

Furie statue appellabantur quod certo statutoqꝫ die obseruarentur·

Fluoniam Junonem mulieres colebant ꝙ eam sanguinis fluorem in conceptu retinere dicebant·

Flam neo uestimento flaminica utebatur idest dialis uxor et Jouis sacerdos cui telū fulminare idem erat colere·

Fulminitum idem quod est fulmine ictuꝫ· qui locus statiꝫ fieri putabat religiosus ꝙ eū deus sibi dicasse uidebat·

Fanatica dicitur arbor a fulmine icta.
Fulmen dictum a fluore flamine.
Fulgere prisci pro ferire dicebant unde fulgur dictum est.
Funebres tibie dicunt͂ cū ꝗbus in funere canit͂ quas flamini audire putabat͂ illicitum.
Flaminius Camillus puer dicebat͂ ingenuus patrimes ⁊ matrimes qui flamini diali
ad sacrificia preministrabat antiqui enim ministros Camillos dicebant. Alii dicūt
omnes pueros ab antiquis camillos appellatos sicut habentur in antiquo carmine
cum pater filio de agricultura preciperet hiberno puluere uerno luto grandia far-
ra camille metes.
Flaminula dicebatur sacerdotula que flaminee diali preministrabat eaqꝫ patrimes ⁊
matrimes erat id est patrem ⁊ matrem uiuos habebat.
Ficola palus ficulneus.
Flaminius lictor est qui flamini diali sacrorum causa presto est.
Frequentarium frequentem.
Fornacalia ferie institute sunt farris torrendi gratia quod ad fornacem que in pistri-
nis erat sacrificium fieri solebat.
Furuum bouem id est nigrum immolabant eterno.
Ferentarii leuis armature pugnatores. Faustulum porcellum feturam porcorum.
Familiaris Romanus priuatus romanus. Fana quod fando consecrantur.
Fastis diebus iocundi fari licebat. Nefastis quedam non licebat fari.
Fenus appellatur naturalis terre fetus ob quam causam nummorum fetus fenus est
uocatum ⁊ de ea re leges fenebres.
Erre crates uiminee Athenienses cū Siracusis obsiderent ⁊ crebro ger-
ras poscerent irridentes siculi gerras clamitabant. unde factū est ut ger-
re pro nugis ⁊ contemptu dicantur.
Genas Ennius palpebras putat cū dicit h uersu pādite subpi genas ⁊ cor-
de relinqte sonū. Alii eas ptes putāt genas dici que sunt sub oculis Pacuuius ge-
nas esse que barba primū orit͂ h uersu Nūc primū opacat flore lanugo genas.
Gentilis dicitur ex eodem genere ortus ⁊ is qui simili nomine appellatur. ut ait Cin-
tius gentiles mihi sunt qui meo nomine appellantur.
Genialis lectus qui in nuptiis sternit͂ in honorē genii unde est appellatus.
Gensilia appellatur que ex multis familiis conficitur.
Gerusia curia ab etatis uocabulo dicta. Genuini dentes qui a genis dependent
Gestus quod indicat͂ quid gerat͂ preter participiū quod a gerendo deducitur.
Genium appellabant deum qui uim optineret omnium rerum gerendarum Aufustius
Genius inquit est deorum filius ⁊ parens hominum ex quo homines gignuntur ⁊
propterea genius meus nominatur quia me genuit. Alii genium esse putant unius-
cuiusqꝫ loci deum.
Germen est quod ex arborum surculis nascitur unde et Germani quasi ex eadem stir-
pe geniti.

Gemursa sub minimo digito pedis tuberculū quod gemere facit eum qui gerat.

Ginigurire anseꝝ uocis propriū est. unde genus quoddam tibiarum exiguarum uocatur gingune et gizeriator tibicen.

Gizeria ex multis obsoniis decerpta.

Geniales deos dixere aquam terram ignem aerem. ea enim sunt semina que grecorū Alii uocant. xii. quoqꝫ signa lunam et solem inter hos deos cōputabant Geniales aūt dicti a gerēdo q̄a plurimū posse putabāt q̄s postea gerulos appellarūt

Gnarus significat idem quod peritus et scius.

Geneosum obscurum uidelicet a greco quod est

Galli qui uocant matris magne comites dicti sunt a flumīe phrygie cui nomē est gallo quia qui ex eo biberint in hoc furere incipiūt ut se priuēt uirilitatis parte. Alii putant ideo eos sibi genitalia incidere quia uiolauerūt nomen patris matrisue ne possint ipsi fieri parentes.

Gaia cecilia appellata est ut romaz uenit que antea Tanaquil uocitata uxor Tarquinii prisci regis ro. que tante probitatis fuit ut id nomen omnis boni causa frequentent nubentes quam sanctissimam asseuerant lanificam fuisse.

Gnarauit signat apud Liuium narrauit. gnarrauisse narrauisse.

Gallā bibere ac rugas cōducere uentri cū ait Lucilius premonet parsimonia esse utendum neqꝫ gule indulgendum uentremqꝫ coartandum.

Gaulus genus nauigii paruum et rotundum. Galbeum ornamenti genus.

Gestit q̄ subita felicitate exhilerat⁹ nimio corporis motu preter consuetudinē exultat.

Geneus et corporis insigne et p̄nomen a generādo dicta esse ⁊ ea ipsa ex greco apparz

Ganeum antiqui locum abditum ac uelut sub terra dixerunt. Terentius ubi illū q̄rā credo obductum in ganeum.

Garrearia a similitudine galeaꝝ dicta. Gnius et gnixus a generibus prisci dixerūt

Gnoto pro cognitu. Granastellus senior Plautus qui est granastell⁹ qui aduenit

Gramie oculorum sunt uicia quas alii glamas uocant.

Groma appellatur genus machinole cuiusdam quo regiones agri cognosci cuiuscunqꝫ possunt quod genus greci dicunt.

Grumus terre collectio minor tumulo.

Gracuris urbs hybeire regiōis dicta a gracco sempronio q̄ antea illurcis noīabatur

Greca sacra festa cereris ex grecia translata que ob inuentōem ꝓserpine matrone colebāt que sacra dum nō essent matrone que facerent propter cladem cannensem et frequentia lugentium institutum est ne amplius. c. diebus lugeretur.

Gruere dicuntur grues ⁊ sues crunire unde tractum est congruerē hoc est conuenire quia id genus uolucrum minime soliuagum est.

Gradiuus Mars appellatus est a gradiendo in bella ultro citroqꝫ siue a uibratione haste quod greci dicunt uel ut alii dicunt quia gramine sit ortus quod interpretatur quia corona graminea in re militari maxime est honorationis.

Grassari antiqui ponebant pro adulari. Grassari autē dicuntur latrones uias obsiden

tes Gradi siquidē ambulare est uñ est tractū grassari uidelicȝ ab impetu gradiēdi
Gralatores appellantur pontomimi qui ut saltatione imitarent egyptias adiectis gti cis furculas habentibus atqȝ iubis superstantes ob simulationeȝ cruꝝ eius generi gradiebantur utiqȝ propter difficultatem consistendi Plautus uinceret cui lu cer uas ꝛ grallatorem gradu.
Grauida est que iam grauatur concepto pregnans uelut occupata generando quod conceperit insciens propinqua partui quod incitatus sit partus eius.
Graculi a sono uocis uocitati siue a gerendo dicti ꝙ iacta segetum semina plurimū gerant uel ꝙ ex oliuetis cubituȝ se recipientes duas pedibꝰ bacas terciā ore ferūt.
Greges ex greco dicti quos illi appellare solent.
Graue est dictum a pondere quia deni asses singuli pondo libras efficiebant. Dena rium ab hoc numero dictuȝ sed bello punico populus Ro. pressus ere alieno ex sin gulis assibus librariis senos fecit qui. xv. ualerent. Item nummi quadrigati ꝛ bi gati a figura celature dicti.
Glomis in sacris dicti crustulus cimbe figura ex oleo coctum appellatur.
Glos uiri soror.
Glutire ꝛ glocidare gallinarum proprium est cum ouis incubiture sunt.
Glutis sub actis lenibus teneris.
Glumi ordei tunicula dictum quod glubatur id granum. unde ꝛ pecus glubi dicitur cuius pellis trahitur.
Gliscere crescere est mense glissere.
Gliscentes idest crescentes per instructionem epularum. s.
Glucidatum suaue ꝛ iocundum greci ꝛ enim dulce dicunt.
Gloria a greca uoce dicta hanc enim illi cleos dicunt.
Gulioca nucum ꝛ glandium summa ꝛ uiridia putamina.
Guturnium uas ex q̄ aqua in manus dat̄ ab eo ꝙ ꝓpter oris angustias guttatī fluat
Genus dictum putatur a terre greco uocabulo quam dicunt
Gannitio canum querula murmuratio. Gesum graue iactum iaculum.
Gurgustium genus habitationis angustum a gurgulione dictum.
Gricenia funis crassus. Grando gutte aque concrete solito grandiores.

Erbam do cum ait Plautus significat uictū me fateor ꝙ est antique et pastoralis uite indicium. Nam qui prato cursu aut uiribus cōtendebāt cū superati erant ex eo solo in quo certamen erat decerptam herbam aduer sario tradebant.
Heluo dictus est immoderate bona sua consumens ab heluendo quod haspiratur ut auiditas magis exprobretur fit enim uox incitatior per aspirationem.
Heleuacea genus ornamenti lidii dictum a colore boum qui est inter ruffum ꝛ album appellaturqȝ heluius a grecis ponitur pro firmamento unde etiam mercurii noīa inuentoris ut putabant firme orationis dictum intercum laburam significat.
Here id est aduerbium temporis heri dictum a greco.

Hecta res minimi precii quasi hieta idest hiatus hominis atq; obscitatio. Alii pustulam dixerunt esse que in coquendo pane solet assurgere a qua accepi rem nullius precii cum dicimus non hecte te facio.
Heres apud antiquos pro domino ponebatur Heredium predium paruulum.
Hecate diana eadem putabatur et luna proserpina.
Helus et helusa antiqui dicebant quod nunc holus et holera.
Herem martem antiqui accepta hereditate colebant que a nomine appellabat heredum et esse una ex martis comitibus putabatur.
Heus aduerbium uocandi a greco uenit.
Hemona humana et homenem hominem dicebant. homo enim homo erat.
Haruiga dicebatur hostia cuius adherentia aspiciebantur exta.
Hebes retunsi acuminis. Helucus ab hiatu et oscitatione dictus.
Hemina ex greco quod est dimidia pars sextarii.
Heliconides muse a monte helicone uocate.
Hedera dicta ꝙ hereat. siue ꝙ edita petat. uel si cui adheserit edat. que in tutela liberi putabatur esse quia ita omnia sicut ille mentes hominum illigat.
Herbilisander herba pestus qui grandior est ꝗ̄ frumento alitus.
Hercules astrologꝰ dictꝰ ꝙ ea die se flāmis iniecit quo futura erat obscuratio solis.
Hernici dicti a saxis que marsi herna dicunt.
Histriones dicti ꝙ primum ex histria uenerint.
Hircius iupiter intra cōseptū domꝰ cuius colebat quē etiā deū penetralē appellabāt.
Hipagines naues quibus equi uehunt. Hercipili durorum pilorum homines.
Hirquitalli pueri ad uirilitatem accedentes a libidine scilicet hircorum dicti.
Hirque que diminutiue dicit illa quā greci dicūt intestinū est quod genꝰ uocāt
Hippacare est celeriter animam ducere ab equi halitu qui est supra modū acutus.
Hilum putant esse quod grano fabe adheret a quo nihil et nihilum.
Hirrire garrire quod genus uocis est canis rabiose.
Hilaredos lasciui et delicati carminis cantor.
Hippius equester Neptūnus dictus uel ꝙ pegasus ex eo et pegaside natus sit. uel ꝙ culeus ut putant loco eius suppositus saturno fuerit quem pro neptūno deuoraret uel ꝙ tridentis ictu terra equū excierit cui ob hoc in lirico quaternos equos iaciebant. nono quoq; anno in mare uiuum hyppoceum ex insula co dictum ab agro generoso cui nomen est hyppo.
Haste subiiciebant ea que publice uenūdabant quia signuz precipuū est hasta. Nam cartaginenses dum bellum uellent hastam romam miserunt. et Romani fortes uiros sepe hasta donauerunt.
Habitudo habitus corporum.
Halaphanta significat omnia mentientem.
Habitior pinguior Hostiliis laribus īmolabant q̄a ab hiis hostes arceri putabāt.
Hallux pollex pedis scandens super proximum. dictus a saliendo.

Hammon cognominatus quia in harena putatur inuentus que grece hoc nomine appellatur cui cornua affiguntur arietis a genere pecoris inter quod inuentus est.
Horreum antiqui dicebant farreum a farre. Hostimentū beneficii compensatio.
Hostis apud antiquos peregrinus dicebatur modo hostis pro perduellione.
Hostia est dicta ab eo quod est hostire ferire.
Hordiarium es quod pro hordeo equiti Romano dabatur.
Hortus apud antiquos omnis uilla dicebať ꝙ ibi qui arma capere possent orirentur.
Horectum et fructum pro bono dicebant. Hosticapis hostium captor.
Hamotrahones alii piscatores alii quod unco cadauera trahunt.
Horda pregnans unde dies quo grauide hostie immolabantur hordianam.
Honorarios ludos quos et liberaria dicebant.
Hedicos latro atq; obsessor uiarum Hornillum pilei genus.
Hiperionem alii patrem solis aut ipsum quod eat sup terras ita appellatum putabāt
Humanum sacrificium dicebant quod mortui causa fiebat.
Hiperborei super aquilonis flatum habitantes dicti quod humane uite modum excedat uiuendo ultra centesimum annum seculi humani.
Hauella holera minuta. Hanula parua delubra quasi fanula.

Em ponebant ponebant pro cum a nominatiuo is.
Ianeus Ianitor. Iusa id est Iura.
Iubere ponebať ꝓdicere quod ualet interdū ꝑ decernere ut ꝑpl'us iussit
Iuniū mēsē; putāt dictū a Iunone.i.ipm dicebāt Iunoniū ⁊ Iunonialē.
Iulius quod eo mense dicitur Iulius cesar natus. Iure actio iuris actio.
Iusti dies dicebantur.xxx.cum exercitus esset imperatus et uexillum in arce positum.
Incomiciare significat tale comicium facere pro quo necesse sit in comicium hoc est in conuentum uenire. Plautus queso ne me incomicies.
Incita incitata.
Inchoare uidetur ex greco originem trahere scilicet ex chao quod Hesiodus omniū rerum inicium dixit chaos.
Increpitare arguere conuiciari. Inconciliasti comparasti cōmendasti.
Inclitus nobilis clarus. Inceps deinceps.
Incestus a greco trahiť nā illi facinus dicunt.
Inconspretum non improbatum.
Incocte muliere plus equo calamistris uste.
Incauillatio per despectum irrisio. Incalationes inuocationes.
Inconditum non ordinate compositum. Incuria negligentia.
Incensit incenderit. Incepsit inceperit.
Incomitem sine comite.
Incessere inniti ac iactu uel uerbis petere.
Inclamare comiciis et maledictis insectari.

Incicurem immansuetum & ferum pacuuius cepi me incicurem idest iracundum. Cicur pro sapiente ut idem pacuuius consilium cicur.
Impoliciã censores facere dicebant cũ exequi abnegabat ob equũ male curatum.
Impages dicuntur que a fabris in tabulis figuntur quo firmius coereant a pangẽdo unde & poete pangere uersus dicuntur & agricole pangere plantas.
In non semper abnutionem significat quod interdum pro abnuendo ponitur ut inuolando inclamando inuocando.
Imporcitor q porcas in agro fac̃ arando porca aũt est inter duos sulcos terra eminẽs
Impetritum impetratum. Imparcito parcito futurum ab impio.
Implus uel improlis qui nondum esset asscriptus in ciuitate.
Impelimenta impedimenta dicebant.
Impluuium quo aqua impluit collecta de tecto. Compluuium quo de diuersis tectis aqua confluit pluuialis in eundem locum.
Impensam stipem et lacrum quod nondum erat pensum.
Impescere in leram segetem pascendi gratia immittere.
Internum mare dicitur quod ex occeano fluit.
Infernum mare tuscum quo tuscia alluitur.
Impomenta quasi inponimenta que post cenam mensis imponebant.
Importunum in quo nullum est auxilium uelut esse solet portus nauigantibus.
Implatum nondum purgatum putum enim est purum. unde putare dicimus uites hoc est detrahere que impedimento sunt ad fructum.
Imbrica tempestate pluuiam uidetur significare.
Imparentem non parentem hoc est obedientem.
Implorare inclamare ad auxiliũ uocare. Impudicatus stupratus impudicus fcũs
Impos est qui animi sui potens non est qui animum suum in potestate non habet.
Imbarbescere imbarbatum fieri.
Inprocinctu factum fieri testamentum dicitur quod miles pugnaturus nuncupat presentibus commilitionibus.
Imbutum est quod cuiuspiam rei succum dat unde in ifantibus an uelint bibere dicentes. Bu sillaba contenti sumus.
Impenetrale cuius ultimum penetrale intrare non licet.
Implexum implicatum quod greci dicunt.
In micaunã dicebant antiq cũ aliqd in pmptũ esset q uere uolebant intelligi.
Imbrex nomen comici. Impares tibie numero foraminum discrete.
Imparem numerum antiqui prosperiorem omnibus esse crediderunt.
Impetix impetigo. Impiatus sceleratus.
Impite impitum facite. Inbibere iniungere sed melius cohibere.
Inebre aues que in auguriis aliquid fieri prohibeant et prorsus omnia membra appellantur que tardant uel morantur agentem.
In prepositio significat modo quod non ut icus modo actionem ut inclamationem

modo ibi quo tenditur ut incurrit. modo ubi quid fit ut inambulat.
Immunis uacans munere. aliquotiens pro improbo ponitur ut apud Plautum immune est facinus.
Iniurium periurium. In epore in eo ipso.
Immolare est mola idest farre molito et sale hostiam persparsam sacrare.
Inicium est principium sed apud quosdam quo quid incipiat ut uia appia. porta capena. alias ex quo quis consistet ut aqua terra aer.
Increta indiuisa. Iners ignauus uel sine arte.
Inigere pecus agere idest numerare.
Init ponitur interdum pro concubitu. interdum pro inueni ut init rationem. interdum pro introiit ut Plautus init inquam fibris.
Inermat idest inarmis spoliat.
Insula Esculapio facta fuit quod egroti a medicinis aqua maxime sustententur. eiusdem esse tutela draconem quod uigilantissimum sit animal que res ad tuendam ualitudinem egroti maxime apta est. canes adhibentur eius templo quod is uerberibus canis sit nutritus. bacillum habet nodosum quod difficultatem significat artis. laurea coronatur quod ea arbor plurimorum sit remedium. huic galline imolabantur.
Interegnum appellabatur spacium temporis quousque in loco mortui regis alius ordinetur.
Intempestam noctem dicimus pro uici more tempore quia non tam facile noctis hore quam diei possunt intelligi. tempestatem enim antiqui pro tempore aliquando posuerunt.
Integi parietes dicuntur qui intra confines struuntur et quasi intergeruntur.
Internitio uite est priuatio ab internecio idest interficio a nece denominato.
Intra cutem flagiratos dicebant antiqui mares qui stuprum passi essent.
Interduatim interdum. Interatim interim.
Intrahere contumeliam intorquere. Intercapedo tempus inceptum.
Instaurari ad instar dictum cum aliquid ad pristinum statum reficitur.
Insule dicte proprie que non distinguuntur communibus parietibus cum uicinis. circuncincteque publico aut priuato cinguntur a similitudine earum terrarum que fluminibus aut mari eminent dicte quod sunt in salo idest mari.
Insitum ab inserendo dictum aliquando signat impositum.
Inserit pro dixerit apud Ennium.
Insignis ad laudem et uituperationem potest flecti.
Inseptum non septum ponitur. est tamen non permittere unde fit dissipare.
Insons extra culpam a quo morbus existimatur sonticus qui perpetuo nocet.
Insessores latrones quod circa uias insidientur sedentes.
Immanis fetus siue magnus.
Imago ab imitatione dicta.
Ingluuies a gula dicta. hinc et ingluuiosus et gluto gulo gumia guttur gutu guttumolius et gurgulio.
Insculus auis genus quam alii regulum alii ossifragam dicunt.

Inferie sacrificia que diis manibus inferebantur.
Infectores q alienū fectorē in lanā conijciunt effectores q ꝓprio labori nouū efficiūt.
Infrequens appellatur miles qui abest furtiue a signis id est uexillis.
Inuoluus uermiculi genus qui se inuoluit pampinis.
Infit incipit sed diuerse est significationis ab eo quod est fit nam fit agentis est infit pacientis.
Infiteri non fiteri. Inficiari creditur fraudare denegare.
Inferium uinum id quod in sacrificando infra patere labrum ponebatur.
Infule sunt filamina a lanea quibus sacerdotes et hostie templaqꝫ uelantur.
Inlicium antiqui uocare dicebant ad conditionem uocare.
Inlicies canales in quos aqua confluit in uiis lapide stratis ab eliciendo dictis.
Inlex producta sequenti sillaba significatur qui legi non paret.
Inlex correpta sequenti sillaba significatur indutor ab illiciendo. Plautus in asinaria eiea est meretrix lectus inlex.
Illiterata pax est que in litteris comprehensa non est.
Illaqueatum alii pro iuncto alii pro soluto utuntur.
In conuentione in contione iustum ab eadem idoneum sponsorem.
Infra classem significat q minore summa ꝙ centū et uiginti miliū eris censi sunt.
Illicator temptor dicitur.
Interniciens uehementer crucians hoc est ualde stupratus.
Infabulati sacrificabant flamines propter usum eris antiquissimum eris fibulis.
Immisulris auis est ꝛ genere aquilarum sed minorum uirium ꝙ aquile que uolucris raro ꝛ non fere preterꝙ uere apparet quia estum algoremqꝫ metuit appellatur autem ita quod subito et inexpectata se ostendat.
Inarculum uirgulta erant ex malo punico incuruata quam regina sacrificans in capite gestabat.
Iniuges boues qui sub iugo non fuere.
Insanum pro ualde magnum usus est. Plautus.
Ircei genus farciminis in sacrificio.
Incalcatiue uocatiue. Indigitando imprecando.
Inlicium dicitur cum populus ad contionem elicitur idest euocatur unde excolicie tegule per quas aqua in uas defluere potest.
Indigamentum indicium.
Insignes dicuntur qui in pede et femore album habent quasi insigniri.
Internecium testamentum est propter quod dominus eius necatus est.
Increpitato ferito. Increpitare clamare maledicere.
Incanlato inuolanto. Imbelliam belli inscientiam.
Iecinorum uictimarum. Inori id est minores.
Ingens dicitur ab augendi consuetudine ut inclamare inuocare.
Ingentem ualde magnum quia enim gens populi est magnitudo.

In pelle limata noua nupta considere sola uel propter morem uetustũ qui antiqui pel
libus uestiebant uel ꝙ restet lanificii offitium se prestaturam uiro.
Indemortui dicuntur qui in mortui locum substituuntur.
Indignus magnus et non conueniens. indignas turres idest magnas.
Iuges auspitium est cum iunctum iumentum stercus fecit.
Iubar stella quam greci appellant uel hoc est lucifer ꝙ splendor eius
diffunditur in modum iube leonis.
Iugula stella orion ꝙ amplior sit ceteris quasi nux iuglandis.
Iugum sub quo uicti transiebant hoc modo fiebat. fixis duabus hastis super eas liga
batur tertia subtus uictos discinctos transire cogebant.
Iugere milui dicuntur cum emittunt uocem.
Iuges eiusdem iugi pares unde coniuges et seiuges.
Iuges aquas perpetuo fluentes dixerunt. Iubilare idest rustica uoce inclamare.
Iuuentutis sacra pro iuuenibus sunt instituta. Iurare flamini diali fas non erat
Iuuenalia fingebantur dyane simulacra quia ea etas fortis est ad tolerandam uiam
dianam enim uiarum putauerunt deam.
Iurgarius uicus dicitur Rome quia ibi ara Iunonis iuge quam putabant matrimo
nia iungere.
Ilia dicta ab ina que pars est carte tenuissima. Ilicet sine dubio.
Ianiculum dictum ꝙ per Ro. po. primitus transierit in agrum etruscum.
Idulis iouis dicebatur que omnibus idibus ioui mactabatur.
Ianual libi genus quod iano tantummodo delibatur.
Iambi uocabantur qui singuli ex postremo loquebantur ⁊ tria iambi qui terni.
Igitur nunc quidem pro complexionis significatione ualet que est ergo sed apud an
tiquos ponebatur pro inde et postea ⁊ cum.
Irceus genus farciminis.
Irquitallus puer qui primo suam uirilitatem experitur.
Iouiste compositum a ioue ⁊ iuste. Ignitabulum ignis receptaculum.
Ipsippe ipsi neqꝫ alii. Ignia uicia uasorum fictilium.
Icit percussit.
Iusippere farinolam iacere pultis unde dissipare obsipare. ⁊ cum rustici dicunt obsipa
pullis escam.
Irnella uasi genus in sacris.
Ibi dicitur cum locus semel demonstratur ibidem cum sepius.
Iposullices bractee in uirilem muliebremqꝫ speciem expresse.
Iconida minerua a loco sic appellata.
Ircipes genus rastrorum ferreorum quod plures habet dentes ad extirpendas in a
gris herbas.
Irpini appellantur a nomine lupi quem irpum dicunt samnites cum enim ducem secu
ti agros occupauere.

Ignis ueste si quando intercinctus esset uirgines uerberibus afficiebantur a pontifice quibus mos erat tabulam materie tam diu uerberare quousq; exceptum ignem cribro eneo uirgo in edem ferret.
Ignem ex domo flaminia efferre non licebat nisi diuine rei gratia.
Icadion nomen leuissimi pirate. Iracundia dicta q iram incendat.
Italia dicta q magnos uitulos hoc est boues habeat uituli etenim ab italis sunt dicti.
Italia ab irato rege. Indoles incrementum industria.
Indigetes dii quorũ nomina uulgari non licet. Inemptari consequi.
Industriũ ãtiqui dicebãt inostruũ quasi qdquid ageret intro struere et studere domi
Indictiuũ funus ad quod per preconem euocabant homines.
Indepisci assequi adipisci.
Indiges indigetis facit hoc nomine Eneas ab Ascanio appellatus est cum pugnans cum mezentio nusq; apparuisset in cuius nomine etiam templum instruxit.
Inquilinus qui eundem colit focum uelut eiusdem loci cultor. dictus inquilinus a colendo quasi incolinus.
Incile fosse que in uiis fiunt ad deducendã aquã siue deriuationes de riuo cõi facte
Incitega machina in qua constituebatur in conuiuio uini amphora de qua subinde deferentur uina.

Luceium Iouem appellabant eum cum lucis esse causam credebant.
Lemnisci idest fasciole corolle dependentes ex coronis propterea dicunt quod antiquissimum fuit genus coronarum laurearum.
Lect⁹ dict⁹ uel a collectis foliis ad cubitãdũ uel q fatigatos ad se alliciat
Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iouem hec uerba dicentes. si sciens fallo me diespiter salua urbe arceq; bonis eiiciat uti ego hunc lapidem eiicio.
Lepista genus uasis aquarii.
Legio samnitum linteata est q samnites intrantes singuli ad aram uelis linteis circũdatam non cessuros se romano militi iurauerunt.
Lenones ab alliciendo adolescentulos appellati.
Loetum ab obliuione quam greci uocant dictum.
Lemonia tribus a pago lemonio appellata qui est a porta capene uia latina.
Lenia ornamenta tunicarum aurea.
Lesbium genus uasis celati a lesbis inuentum legimus ad holera glandem oleã; ue sunt et quedam alia addita prepositione colligimus deligimus.
Lectosia insula dicta a consobrina Enee ibidem sepulta.
Lictores dicuntur q fasces uirgarum ligatos ferunt. hii non parentes magistratibus delinquentibus plagas ingerunt.
Liber repertor uini ideo sic appellatur q uino usi omnia libere loquantur.
Limus obliquus idest transuersus. unde et limina.
Limites in agris nunc termini nunc uie transuerse.

Limitatus ager in centurias dimensus. Librile scapus lire.
Libula instrumenta bellica crassitudine brachii in modū flagellorꝫ laris reuincta.
Liberalia liberi festa que apud grecos dicuntur dionisia Neuius lingua libera loquuntur ludis liberalibus.
Limaces conclee a limo appellate.
Liratum alii solitum dedicum deo quasi alii ex greco a precibus quas illi lites dicunt
Lixe qui exercitū sequunt̄ questus gratia dicti extra ordinem sint militie eisqꝫ liceat quod libuerit Alii eos ab lixo appellatos dicunt quod ille Herculē sit secutus quidam a liguriendo questum.
Littus quicquid aqua maris alluitur.
Lingula per diminutionem lingue dicta alias a similitudine exerte ut in calceis. Alias inserto id est infra dentes cohercite in tibiis.
Libella diminutiuum est a libra.
Lacit decipiendo inducit quia lex fraus est.
Lituus appellatus quod litis sit testis est enim genus buccine incurue quo qui cecinerit dicitur laticen Ennius inde loci lituus sonitus effundit acutos.
Litis cecidisse dicitur qui eius rei de qua agebat causam amisit.
Lixabundus iter libere ac prolixe faciens.
Licitati in mercando siue in pugnando contendentes. Liquitur labitur fluit.
Lingulaca genus piscis uel mulier auguratrix.
Lanceliceo dicebatur apud antiquos qui per furtuꝫ ibat querere in domo aliena liceo cinctus intrabat lācemqꝫ ante oculos tenebat propter matrem familie aut uirginum presentiam.
Lautitia epularum magnificentia. Alii a lauatione dictam putant quia apud antiq̄s hee elegantie que nunc sunt non erant uel raro aliquis lauabat.
Leua sinistra quam greci dicunt sceuola alena.
Lautumie ex greco et maxime siracusis ubi foditur.
Leuum sinistrum et leuorsum unde tractum cognomen sinistrorsum.
Lacuna idest aque collectio a lacu deriuat̄ quam alii lamam alii lustram uocant.
Lacit iducit in fraudē unde est allicere ꝛ lacessere ide lactat illectat delectat oblectat.
Lena uestimenti genus habitu duplicis quidam appellatam existimant tusce. quidam grece quam greci linin dicunt.
Latumias ex greco maxime siracusanis qui latomias et appellant ꝛ habent ad instar carceris ex quibus locis excisi sunt lapides ad extruendam urbem.
Laureati milites sequebantur currum triumphantis ut quasi purgati a cede humana intrarent urbem. itaqꝫ eandem laurum omnibus suffitionibus adhiberi solituꝫ erat uel ꝙ medicamēto siccissima sit uel ꝙ omni tpe uiueret uel similiter r. p. f. creat.
Lauerniones fures antiqui dicebant ꝙ sub tutela dee lauerne essent in cuius luco obscuro abditoqꝫ solitos predam furtaqꝫ inter se luere. Hinc et lauernalis porta uocata est.

Lacerare diuidere ꝯminuere est ex quo dictus est lanius q discindēdo lacerat pecora
Lacinia quedam pars uestimenti est lacerna quod minus capitio est.
Lacer ꝙ auribus curuatis est lacerum quod cum quod in corpore imminutum est.
Laudare apud antiquos nominare.
Lauritia farina appellatur quod ex tritico aque conspersa.
Lautule locus extra urbem quo loco quia aqua fluebat lauandi usum exercebat.
Lactaria columna in foro holitorio dicta quod ibi infantes lacte alēdos deferebant.
Lacobrige nomen compositum ex hispanie oppido arcobriga.
Lanoculus qui lana tergit oculi uicium. Lamberat scindit ⁊ laniat.
Lanerum uestimenti genus ex lana succida confectum.
Lapit dolore afficit.
Lapidicine ubi excinduntur lapides
Latex a lapsu profluens aqua dicitur utimur tamen hoc uocabulo in uino.
Latine loqui a latio dictum est que locutio adeo est uersa ut uix ulla pars eius maneat in noticia.
Latrones antiqui eos qui ꝯducti dicebant militabant at nunc uiarum obsessores dicuntur quod a latere adoriuntur uel quod latenter insidiantur.
Laurentalia coniugis faustuli nutricis Remi et Romuli laurentis festa.
Locupletes locorum multorum domini locatum positum.
Laruati furiosi et mente moti quasi laruis extincti.
Lotos arboris genus ex qua materia frequenter tibie fiebant cuius bacis quodam pasti lotophagi dicti.
Lucaris pecunia que in luco erat data.
Lucaria festa in luco colebant Romani qui per magnum iter uiam salariam et tiberim fuit pro eo quia uicti a Gallis fugientes e prelio ibi se occultauerunt.
Lucar appellatur es quod ex lucris captatur.
Lucreses ⁊ luceres que pars tercia.p.ro.est distributa a Tatio et Romulo appellati sunt a lucero.Ardee rege qui auxilio fuit Romulo aduersus tatium bellanti
Lucani appellati dicuntur ꝙ eorum regio sita est ad partem stelle lucifere uel ꝙ loca etherosa sint id est multe lucis uel a lucilio uel ꝙ p imitus in luco consederint.
Lucem facere dicuntur facere saturno sacrificantes id est capita detegere.
Lucius prenomen est eius qui primum fuit quia orientis luce natus est.
Licii appollinis oraculum in licia maxime claritatis fuit luporum interfectionem lico enim lupus est.
Luxa membra ex suis locis mota et soluta a quo luxuriosus in re familiari solutus
Lucuntur genus operis pistorii. Lucretilis mons in sabinis.
Lucomones quidam homines ob insaniam quod loca ad que uenissent festa facerent
Lucumedii a duce suo lucumo dicti quia postea luceres appellati.
Luculentus a luce appellatus.
Lues est diluuium usqꝫ ad nihil tractum a grecꝫ hic dictum lucum terram humore so

lutā et lustratio qua quid soluitur ac liberatur hic et litura idest solutione auri libra est grece litra.
Luctus a lugeo. Longitorsus sic dicitur sicut destrorsus sinistrorsus.
Lustra signat lucanas larebras que sunt in siluis aprorum cubilia qua similitudine hi qui in locis abdidis et sorditis uentri et desidie operam dant dicuntur in lustris uitam agere et cum eiusdem uocabuli prima sillaba producitur signat nunc tempus quinquennale nunc populi lustrationem.
Limphe dicte sunt a nimphis uulgo autem memorie proditum est quicunq speciem quandā ex fonte idest effigiem nimphe uiderint furendi nō fecisse finem quos gre. limpholentes uocant latini limphatos appellant.
Luxantur a luxu dictum idest luxuriantur.
Luna genus herbe uel potius spine. Lambago uicium et debilitas lumborum.
Luscitio uicium oculorum quod clarius uesperi q meridie cernit.
Lura os cule ul etiā utris uñ lurcones capacis gule hoīes et bonoꝝ suoꝝ ↄsumptores
Lustri dies infantium appellantur puellarum octauus puerorum nonus quia bis lustrantur atq eis nomina imponuntur.
Luridi supra modum pallidi. Lirinessiades ab opido phrigie lirnessio dicti.
Lebesum et lebestatem antiqui dicebant liberum et libertatem.
Licophos greci dicunt aput nos primum tempus lucis. dictum autem licophos quasi leucomphos idest lumen candidum.
Libertatis templū in auentino cōstitutum.
Lingua non solum pars corporis dicit sed etiam differentia sermonū. ꝓmōtorii quoq genus uero non excellentis sed molliter in planum deuexi.
Libicus campus in agro argeo appellat quod eo fruges ex libia illate sunt quā ob causam ceres ab argis libissa uocata est.
Lypparenses lypperitani ciues idest lypparenses.
Labes macula in uestimento dicitur et deinde methaphoricos transfertur in homines uituperatione dignos.
Latrare Ennius ꝓ poscere posuit. Latitauerunt catho posuit pro sepe tulerunt.
Liberales dicuntur non solum benigni sed etiam ingenue forme homines.
Liberata ponebant pro effata hoc est locuta.
Lanugo prima capillatio quasi dicta ad similitudinem lene.
Lacus lucrinus in uectigalibus publicis primus locatur ut in deletu censioneue primi nominantur Ualerii Silirini Statorii.
Larum festa compitalia.
Lanee effigies compitalibus noctu dabantur idest in festo Larumq dies festus erat dictus lares sis. putabantur enime hominum in numerum deorum sedrete.
Messapia apulia a messapo rege appellata. Mactus magis auctus.
Macellū dictū a macello quodam qui exercebat in urbe latrociniū cuio dānato cōsortes emili et fului statuerūt ut in domo eius obsonia uēderent

Macilenti macie tenuati.
Murricidum ignauum stultū. Plautus murricide homo ignaue.
Marcum Manlium patritie familie neminem uocari licuit post eum Manlium qui Gallos capitolio depulit quod is regnum occupare conatus necatusq̨ est.
Marculus diminutiuum a marco.
Mania diis manibus dixerūt. naȝ mania bona dr̄ pñ ꝛ mater matuta ꝛ poma matura
Matronas appellabant eos fora quibus scolas habendi ius erat.
Materfamilia nō ante dicebat̄ ꝙ̄ uir eius paterfa. dictus esset nec possunt hoc nomie plures in una familia preter unā appellari sed nec uidua hoc nomine nec que sine filiis est uocari potest.
Matula uas urine. Matralia matris mature festa.
Matici cognominant̄ homines malarū magnarū atq̨ oribus late patentibus.
Matrimes et patrimes dicuntur quibus patres et matres adhuc uiuunt.
Matellio diminutiuum a matula. Magnem magis augmentum.
Madussa ebrius a greco uel deductum uel quia madidus satis uino.
Magistrare moderare unde magistri nō solū doctores artiū sed etiā paganoꝝ societatū uicorū collegioꝝ eqtū dicunt̄ quia omēs hii magis exteris pñt unde et magistrat⁹ qui per imperia potentiores sunt ꝙ̄ priuati que uox duabus significationibus notat. nā aut ipsaȝ personā demōstrat ut cū dicimus magistratus iussit. aut honorē ut cum dicitur Ticio magistratus datus est.
Maximus Pontifex dicitur ꝙ maximus rerum que ad sacra et religiones pertinent iudex sit uindexq̨ contumacie priuatorum magistratuumq̨.
Magis a greco uenit
Maximā hostiā ouili pecorꝭ appellabāt nō ab āplitudie corpis ſꝫ ab aīo placidiore.
Magnū soceꝝ appellat uir uxorꝭ sue auū.
Magnā socꝝ uir uxorꝭ sue auiā appellat.
Maximi annales appellabantur non a magnitudine sed ꝙ eos Pontifex maximus consecrasset.
Maximus Curio cuius auctoritate curie omnesq̨ currumes reguntur.
Manare dicitur ex integro non solido nimis per minimas erumpit quod ex greco trahitur quia illi non satis solidum dicunt.
Manalem fontem dicunt pro eo ꝙ aqua ex eo semper manat.
Manalem lapidem putabant esse hostium orci per quod anime inferioruȝ ad superos manarent. qui dicuntur manes. manalem uocabant lapidem petram quandam que erat extra portam Capenam iuxta edem martis quam cum propter nimiam siccitatem in urbem pertraherent insequebatur pluuia statim. eumq̨ ꝙ aquas manaret manalem lapidem dixerunt.
Manias dicebant ficta quedam ex farina in hominū figuras quia turpes fiant. quas alii moniales. manias autem nutrices minitant̄ pueris paruis esse laruas idest manes quos deos deasq̨ putabant quousq̨ ab inferis ad superos emanare credebāt

ſunt qui maniam laruarum matrem auiamue putant.

Manceps dicitur quod manu capitur.

Manduces effigies in pompa antiquorũ inter ceteras ridiculas formiculoſaſq; ire ſolebant magnis malis ac late debiſcenes ⁊ ingentem dentibus ſonitum faciens d qua Plautus ait qd ſi ad ludos me ꝑ mãduce locẽ qua ꝓpter dare crepito dẽtib⁹

Mancinata facta appellabantur quod Mancinus babuit domum que publicata eſt eo interfecto.

Mamercus prenomen eſt oſcum.ꝙ bi martem mamertem dicunt.

Municeps qui municipio liber natus eſt. Item qui ex alio genere hominũ funct⁹ eſt Item qui in municipio a ſeruitute ſe liberauit a municipe Item municipes erãt qui ex aliis ciuitatibus Romam ueniſſent quibus non licebat magiſtratum capere ſed tantum muneris partem ut fuerunt cumani Accerrani. Attellani qui et ciues Romani erant et in legione merebant.

Mamurii ueturii nomen frequenter in cantibus Romani frequentabãt hac de cauſa Numa pompilio regnante e celo cecidiſſe fertur. Ancille id eſt ſcutum breue qđ ideo ſic eſt appellatum quia ex utroq; latere erat reciſum ut ſummũ infimumq; eius latus media pateret unaq; edita uox ominũ potentiſſimam fore ciuitatem q̃diu id in ea manſiſſet. itaq; facta ſunt eiuſdem generis plura quibus admiſceretur ne internoſci celeſte poſſet probatum opus eſt maxime mamurii qui premii loco pecijt ut ſuũ nomen in carmina ſalii canerent.

Mamers mamertis facit idem lingua oſca. mars martis unde et mamertini in Sicilia dicti qui meſſane babitabant.

Martialis campus in celio monte dicitur quod in eo equiria ſolebant fieri ſi quando aque Tiberis campum martium occupaſſent.

Mamiliorũ familia a manilia Thelagoni filia quã tuſculi procreauerat eſt appellata

Manilia turris intra ſub regione a manilio nomen accepit.

Mamphur appellatur loro circumuolutum mediocris longitudinis lignum rotundũ quod circumagunt fabri in operibus tornandis.

Manſuetum ad manũ uenire ſuetũ alii manſuetũ neq; dictũ ex mĩa meſtũ neq; ex crudelitate ſeuũ ſed modeſtia temperatũ. antare ſepe manere.

Manticulari dicunt qui mantigulas adtrectant ut furent unde poete ꝑ doloſe quid agendo boc uerbo utuntur Pacuuius ad manticulandum aſtu aggreditur.

Manticularia dicunt ea que frequenter uſu babent et ſi manu tractant frequens eniz ad manus tergendas uſus fuit mantellorum unde bec trabitur ſimilitudo.

Mantiſa additamentũ dicit lingua tuſca quod ponderi adicitur ſed deterius quod ſine ullo uſu eſt Lucilius mantuſa obſonium iicit.

Malleoli uocantur non ſolum parui mallei ſed bii qui ad cedendum faciendumq; ſeptantur ſcilicet ad ſimilitudinem priorum dicti.

Maleſtras dicebant pelles ouiles quibus galeas extergebant.

Malta dicitur a grecis pix cum cera mixta.

Menſo i perſona comica ab inuentore dicta.
Menniana edificia a moennio ſunt appellata is enim primus ultra columnas exten-
dit tignos quo ampliarentur ſuperiora.
Meiius lingua oſca menſis maius Oſci enim in regione Campanie ſunt.
Maieſtas a magnitudine dicta maior magiſtratus conſul dicitur.
Mas diminutione facit maſculus. Matertera matris ſoror quaſi mater altera
Matertera patri ⁊ matris mihi magna mater eſt.
Maior patruus aui ⁊ auie patruus.
Maior auunculus aui ⁊ auie auunculus. Maior amita aui ⁊ auie amita.
Maior ſocer uxoris mee proauus. Maior ſocrus uxoris mee proauia.
Meandrum genus picture dictum eſt a ſimilitudine flexi amnis meandri.
Metia tribus a quodam caſtro ſic appellatur.
Manlucium edacem a mandendo ſcilicet. Mox paulo poſt.
Morboſum hominem morbo aliquo affectum.
Mortuus ab emerita uita dictus.
Moratias nuces. Licinnius duras eſſe dicit unde ſit diminutiuum mortacillum.
Monumentum eſt quod mortui cauſa edificatum eſt ⁊ quicquid ob memoriam alicu
ius factum eſt ut fana. porticus. ſcripta. ⁊ carmina. ſed monimentum mortui cauſa
ſit factum non tamen ſignificat ibi ſepulcrum eſſe.
Monitores dicuntur ⁊ qui in ſcena mouent hiſtriones ⁊ libri comentarii.
Monile ⁊ mulierum ornatus dicitur ⁊ equorum prependens a collo.
Monar ſiculi ſculptum appellant.
Momen pro momento. Lucrecius monimie paruo poſſunt impulſa moueri.
Modo cum per. o. correptum dicit̃ ſignificat tempus ut modo ueni ⁊ ponitur pro tan
tum ut tace modo. Et ſi producta poſteriora ſillaba enuncietur datiuus uel abla-
tiuus eſt caſus ab eo quod eſt modus.
Monſtrum dictum uelut moneſtrum quod moneat aliquid futurum prodigiũ uel ut
predicium quod predicat portentum quod portendat oſtentum quod oſtendat.
Molucrum a quo mole uerruntur quod greci [illegible] dicunt ⁊ tumor uen-
tris qui etiam uirginibus incidere ſolet. Affranius uirgini tam creſcit uterus. quaſ
grauide mulieri molucrum uocatur. tranſit ſine doloribus. molucrum etiam dicit̃
lignum quoddam quadratum ubi immolatur.
Mola uocatur etiam far toſtum ex ſale ſparſum ꝙ eo modico lutie aſperguntur.
Moles ꝓ magnitudine fere poni ſolet. ſ; moliri ⁊ molitões a mouẽdo certuz eſt dici.
Munus ſignificat cuz dicit̃ qui munere fungi. item donum quod officii cauſa datur.
Mumiana edificia a Lucio munio dicta.
Mundus appellatur celum. terra. mare. ⁊ aer. mundus etiam dicitur ornatus mulierũ
quia non alius eſt quam quod moueri poteſt.
Mundus quoq; appellatur ⁊ lautus ⁊ purus.
Mumitio mortificatio auorum.

Muneralis lex uocata est quam Cintius canit ne cui liceret munus accipere. Plautꝰ ne muneralem legem neqꝫ lenoniani rogatus fiunt nec ne flocci existimo.
Munem significare certū est officiosuꝫ unde īmunis dicit̃ qui nullo fungitur offitio
Mute dicuntur littere ꝙ posite in ultimis orationibus obmutescere cogant loquētes uel ꝙ parue exigueqꝫ sint uocis ꝙ cū mutū oratorem tragedum dicimus.
Mulctam osci putant penam dici.
Mullei calcei regum Albanorū et post patritioꝝ a mullando idest sumendo dicti.
Multifariam dixerunt antiqui quod in multis locis fari poterat idest dici.
Mulciber uulcanus a molliendo scilicet ferro dictus. mulcere enim mollire siue linire est. Pacuuius quid me obrutu treres mulces laudibus.
Maxumam mulctam dixerunt trium milium et. xx assium quia non licebat quondam pluribus ɀ. xxx. bobus et duabus ouibꝰ quenqꝫ mulctari. existimabanturqꝫ bos cētussibus ouis decussibus.
Manie turpes deformesqꝫ persone. nude nutrices manie cum laruate faciebant pueris timorem.
Mutiri loqui Ennius palam mutire plebeio piaculum est.
Menia et muri et offitia Plautus ꝓhibentqꝫ menia alia unde ego fugar mea.
Murrima genus potionis que grece dicit̃   hanc mulieres uocant muriolam quidā murratum uinū quidā id dici putāt ex uue genere murrine nomine.
Murgisonem dixerunt a mora et decisione.
Murmuliōica scuta dicebāt cū quibꝰ ex muro pugnabāt erat siqdē ad hoc ipsuꝫ nata
Muscena corona Papirius est ꝙ sardos in campis murteis superasset.
Mussare murmurare. Ennius in occulto mussabant. uulgo pro dubitare dicitur ut idē Ennius non decet mussare bonos.
Muria prata trans tiberim dicta a mutio cui ea prata data fuerant pro eo ꝙ Porsenam sua constantia ab urbe dimouit.
Mutionis porta rome dicta est a mutione quodam qui eidem tuende prefuit.
Muginari est nugari et quasi tarde conari.
Mustricola est machinola ex tegulis in qua calceus nouus suitur. Affranius mustricolam uidentes impingeret tibi.
Mioparo genus nauigii ex duobꝰ dissimilibꝰ formatū. nā madion et paron per se sunt
Minutia porta appellata est eo ꝙ proxima esset sacello minutii.
Marcias kalendas celebrabant ꝙ eo die Junonis edes coli cepta est.
Mauortem poete dixerunt martem.
Magnum annum dicunt mathemaci quo septeꝫ sydera errantia expletis propriis cursibus sibimet concordant.
Mediusfidius compositum uidetur et significare Jouis filius idest Hercules ꝙ Jouem grece   et non iouem ac fidum pro filio quod sepe antea pro. l. littera. d. utebantur. quidam existimant iusiurandum esse per diui fidem. quidam per diurni temporis idest dei fidem.

Mortem obiisse ea cõsuetudine dicit quia dixerunt antiqui ob remam legiones ductas et ob troiam duxit exercitum pro ad. similiterq; uadimoniũ obiisse dicimus id est ad uadimonium et obuiam id est ad uiam.

Manes Aurelius ait significare bonos. unde dii manes pro bonis dicuntur. et suppliciter eos uenerantib⁹ propter metũ mortis ut ĩmanes quoq; ꝓ ualde nõ bonis dñr.

Muscerdas prima sulaba producta stercus murum appellatur.

Mapalia case punice appellantur in quibus quia nihil est secreti solet id uocabulũ solitum uiuentibus obiici. sunt enim in apalia quasi colores rotũde cohortes cortes.

Meralli dicũtur in re militari quasi mercenarii. Accius in annalibus Calones famuliq; merallicq; cauleq;. a quo genere hominum Cecilie cognomen putatur dictum.

Mulis celebrantur ludi circo maximo consularibus quia genus quadrupedũ primum putatur ceptum currum uehiculoq; adiungi muli fuere primo.

Maiis idibus mercatorũ dies festus erat ꝙ eo die Mercurii edes esset dedicata.

Minuscule quinquatrus appellabantur idus iunias. ꝙ is dies festus erat tibicinũ qui mineruam colebant. quinquatrus proprie dies festus erat Minerue mense martio.

Muli mariani dici solent a. L. Mario instituti cuius milites in furca interposita bella narricosius onera sua portare essueuerant.

Mulus uehiculo lune habetur ꝙ tã ea sterilis sit q̃ mulus. uel ꝙ ut mulus nõ suo genere sed equo creatur sic ea non suo fulgore luceat.

Murcie dee sacellum erat sub monte auentino quia antea murcus uocabatur.

Membrum abscindi mortuo dicebatur cum digitus eius decidebatur ad quod seruatum iusta fierent reliquo corpore combusto.

Monocles appellatus est Prusie filius qui unũ os habuit dentium loco similiter habuit et Pirrus rex Epyrotarum.

Monotauri effigies inter signa militaria est ꝙ non minus occulta esse debent cõsilia ducuz q̃ fuit domiciliũ eius labyrinthus. monotaurus putatᷓ esse genitus cum Pasiphae minois regis uxor dicitur concubuisse cum tauro. sed affirmant alii taurum fuisse nomen adulteri.

Manius prenomen dictũ ab eo ꝙ quis mane matutinatus sit ut lucius qui luce.

Manlie gentis patricie de certo nomine. ex ea marcus appellatᷓ ꝙ. M. Manlius qui capitolium a gallis defenderat cũ regnũ affectasset damnatus necatusq; est.

Maiores flamines appellabantur patricii generis minores plebis.

Millus collare canũ uenaticorũ factum ex corio cõfixumq; clauis ferreis eminẽtibus aduersus impetum luporum. Scipio Emilianus ad populuz. uobis inquit reiq;. p. presidio eritis quasi millus cani.

Menia preter edifitia significant etiam munia hoc est offitia.

Manificissima dicebant antiqui pro magnificẽtissima re enim uera magnificens dici non potest.

Manceps dicitur a populo quidquid emittitᷓ cõductione quia manu sublata significat se uictorem emptiõis esse quod pres dicitᷓ quia tã debet prestare populo quod

promisit quam is qui pro eo prefectus est.
Masculino genere parentem appellabant antiqui etiam matrem.
Masculino genere dicebant crucem ut est illud gracchi dignus fuit qui malo cruce pe
riret. masculine dicebant et frontem et multa alia similiter.
Matronis aurum redditum cum legitur hoc significare uidetur quia matrone contu
lerunt ornatus id est aurum ad capitolium a Gallis senonibus liberandum quibus
est postea redditum a populo Romano.
Magistrare regere et temperare. Munitas pro communitas dicebant.
Multifacere dicitur sicut magnificare et paruifacere Cato neque fidem neque iusiuran
dum neque pudicitiā multi facit quod merito ab usu recessit quia quantitas nunc nō
existimatur nec desiderat multitudinem.
Magisteria dicunt in omnib⁹ rebus qui magis exteris possunt ut magisteriū equitū
Maledictores dicebantur ab antiquis qui nunc maledici.
Mihipte Cato pro mihiipsi posuit. Mansues pro mansuetus.
Meritauere idem Cato ait pro meruere.
Magnificus idē ipse pro magnificentius dixit et nō frustrā nam simplex magnifice est
Munificior a munifico idem Cato dixit cum nunc munificentior dicamus. quanquā
munificens non sit in usu.
Mediocriculus ipse qui supra posuit cum ait ridibundum magistratum pauculos ho
mines mediocriculum exercitum obuiam duci.
Mutinini sacellū rome fuit cui mulieres uelate togis pretextatis solebāt sacrificare
Matrone a magistratibus non submouebant. ne pulsari cōtrectarique uiderent. ne gra
uide cōcuterent sed nec uiri eorum sedētes cū uxorib⁹ in uehiculo descēdere cogebāt
Minuebat populo luctus edis dedicatione. cū a cēsoribus lustrū condebat. cū uotum
publicū persoluebat. priuatis autem cū liberi nascerent. cū honos in familia ueniret
cum pater aut liberi aut uir aut frater ab hoste captus domū rediret cum puella de
sponsaret. cū propriore cognatione quam is qui lugeret natus esset. cum in castro cere
ris constitissent.
Maxime dignitatis flamen dialis est inter quindecim flamines et cum extera discri-
mina maiestatis sue habeat minimus habeat pomonalis quod pomonalis leuissimo fruc-
tu grecorum presidet idest pomis.
Mundū antiqui ter in anno patere putabant diebus his. postridie uulcanalia. et ante
diem tertium nonas octobris. et ante diem sextū idus nouēbris. Inferiorem enim e⁹
ptem consecratā diis manib⁹ arbitrantes clausam omni tēpe preter hos dies qui su
prascripti sunt quod alii religioso iudicauerūt ea de causa quod his diebus ea que
occulta et abdita religionis deorum maniū essent in lucem adducerent nihil eo die in
repub. geri uoluerunt Itaque per hos dies non cum hoste manus conserebant non ex
ercitus scribebatur. non comicia habebant. non aliud quicquam in repu. nisi quod ulti-
ma necessitas exegisset administrabatur.
Mos est institutū patrū ptinens maxime ad religiones ceremoniasque deorum antiquorum

Municipalia sacra uocabant que ante urbem conditam colebantur.
Manes dii ab auguriis uocabantur qꝛ eos per omnia manare credebant eosqꝫ deos superos atqꝫ interos dicebant.
Monstra dicuntur nature modum egredientia ut serpens cum pedibus auis cũ quatuor alis homo cum duobus capitibus iecur cum distabuit coquendo.
Muta exta appellabant ex quibus nihil diuinationis animaduertebant.
Mense in edibus sacris ararum uicem obtinebant.
Manumitti seruus dicebatur cum diuinis eius aut caput eiusdem serui aut aliud mẽbrum eius tenens dicebat hunc hominẽ liberũ esse uolo et emittebat eum a manu.
Moscillis Carbo pro paruis moribus dixit.
Mente captus dicitur cum mens ex hominis potestate abiit. et idẽ demens qꝛ de sua mente discesserit. et amens qꝛ a mente abierit.
Manare solem dicebant antiqui cum solis orientis radii splendore iacere se cepissent a quo putabãt mane dictũ. alii dictũ mane putabãt ab eo qꝛ est manũ bonũ dicebãt
Murrata potione usi sunt antiqui sed postea assueuerũt diis suis libare. ideoqꝫ. xii. tabulis est cautum ne mortuo uideretur.
Muries dicebat sal in pila tusum et in ollã fectilez cõiectum et in furno percoctũ quo dehinc in aquam misso uestales uirgines utebantur in sacrificio.
Mortue pecudis corio calceos fieri flaminibus nefas habebatur cum sua morte extincta omnia funesta estimabantur.
Mugger muccosus. Mi pro mihi dicebant antiqui.
Moli siue moleoli mercurii signum idest statuam appellabãt ideo qꝛ in nullius tabernam spectabant.
Malluuiũ q̃ man⁹ lauant dicit. Malluuie qbus man⁹ sunt lote. pelluuie qb⁹ pedes
Minor consul dicitur is penes quem falces sunt uel is prior factus est. Pretor autẽ maior urbanus minores ceteri.
Mendicum uerius dici putatur a mente eius quem fefellerit fortuna. uel precetur quẽquam ut uite sue medeat cibo.
Modo idest ratione. unde fiunt cõmoditas cõmodus commodat accommodat modice modestia moderatio.
Molis celebratur in circo maximo consularibus quia id genus quadrupedũ primuz putatur uehiculo iunctum.
Municipium id genus hominũ dicit qui cum romam uenissent neqꝫ ciues Romani essent participes tñ fuerũt omniũ reꝝ ad mun⁹ fungendũ una cũ Ro. ciuib⁹ preterqꝫ de suffragio ferẽdo. aut magratu capiẽdo. sicut fuerũt Fũdani Formiani Cumani Acerrani Lauinini Tusculani q post aliqt ãnos ciues Ro. effecti sunt. Alio mõ cũ id genus hoim definit quoꝝ ciuitas uniuersa in ciuitatẽ Ro. uenit ut Aricini Cerites Anagini. Tertio cũ id genus hoim definit ad ciuitatẽ Ro. ita uenerũt uti municipia essent sua cuiusqꝫ ciuitatis et colonię ut Tiburtes Prenestini Pisani Urbinates Nolani Bobutinenses Placentini Nepesini Sutrini Lucenses.

Mater matuna manis mane matrimonium materfa. matertera matrices materie dicte uident ut ait Verrius que sint bona qualia scilicet sunt que sint matura. uel potius a matre que est originis grece.

Enia carmen funebre in defuncti laudem quod tibia canit quo uerbo aut finis significat. nomen habet ab intestino extremo quod greci dicunt et ultima uox cordarum.

Nenia appellatur Nenie facellum extra portam Viminalem fuit dedicatum.
Nauali corona donatur qui primo in hostilem nauim transiliret.
Nefrendes arietes dixerunt quia dentibus frendere non possunt. alii autem dicunt etiam infantes nondum frendentes. alii nefrendes testiculos dici putant quos prenestini et lauinii nebrundes dicunt.
Nequeunt non eunt. Nemora idest silue amene Necum nec eum.
Ni pro nisi. Nem pro nempe. Nemo nec homo.
Neminis genitiuo casu Cato usus est cum dixit sunt multi quos miseret neminis.
Necidatus proprie dicitur qui sine uulnere interfectus est aut ueneno aut fame.
Necessarium in quo non sit cessandum.
Necessarii dicuntur cognati ut affines in quos necessaria officia conferuntur.
Nelegens non legens neque electum habens quid debeat facere.
Nec coniunctio disiunctiua est ut nec legit nec scribit ponitur et pro non Turpilius nec recte dici modo iam dudum audio.
Necunquem nec unque quenque. Nequalia detrimenta.
Nequinor. nequiunt. nequitum. et nequitur pro non posse dixerunt.
Nequicque frustra.
Nectar grece significat deorum potionem. Nectere ligare.
Nequam aurum est auris quo duis uehementius ambit hoc uersu Lucilius significare uidetur. nequam esse aurum quod aures ledat pondere in aurium cum auris incidit uel etiam cupiditatem pecunie uoluit significare.
Neruum appellamus etiam ferreum uinculum quo pedes uel etiam ceruices impediunt
Neguinare negare.
Nebulo dictus est. qui non pluris est quam nebula aut qui non facile perspici possit qualis sit nequam nugator.
Nebundum pro negente dixerunt.
Neutique pro nullo modo. Neginare negare.
Nepotes luxuriose uite homines appellati quod non magis is rei familiaris sue cura est quam in his quibus pater auusque uiuunt.
Nepos compositum ab eo quod natus potest sit fratri quam filius.
Nefasti dies. N. littera notant Fasti uero. F. cum dies sunt nec nefasti notantur. C.
Nepa aphrorum lingua sidus quod cancer appellatur uel ut quidam uolunt Scorpius. Plautus dabo me ad parientem imitabor Nepam.
Nepus non purus.

Nautea herba grauis nigra qua coriarii utuntur a naue ductum nomen quia nauseā facit per mutationem ·t· et ·b·
Natio genus hominum qui non aliunde uenerunt sed ibi nati sunt · in pecoribus quoqȝ bonus prouentus future bona natio dicitur ·
Nauticorum familia troianis dicitur oriunda ·
Natinatio negotiatio dicebatur et natinatores ex eo sediciosi ·
Nacce appellabantur fullones qui nauci non sint idest nullius precii · omnia fere opera ex lana nacce dicuntur a grecis ·
Naucis pro nugis ponit̄ · alias naucis pro olee aut nucis nucleo · alii omniū rerum putamen ita appellari uolunt · quidaȝ ex greca quod sit nece lenem hominē significari uolentes · quidaȝ uolunt sic appellari mēbranulā que in nucis inglādis est medio ·
Narica genus piscis minutum · Nancitor nactus erit ·
Nare a naue ductū ꝙ aqua ferat̄ natans ut nauis ·
Natare est sepius ut ductitare factitare ·
Nauus celer et strennuus a nauium uelocitate dictus ·
Nasiterna genus uasis aquarii ex apice parentis ·
Nassa est piscatoriū uasis genus quo cum intrauerit piscis exire non potest · Plautus nunquam ex ista nassa hodie escam petam ·
Napare feniculi · Nastobolum alueum ad nauis similitudinem ·
Nauia lignum cauatum ut nauis quo in uindemiis uti solent ·
Nauscit cū granū fabe se nascendi gracia aperit quod fit nō dissimile nauis forme ·
Neuia silua dicta iuxta urbem ꝙ neuii cuiusdam fuerit ·
Nudiustercius ex nunc et die tercio compositum ·
Nuptaȝ a greco ductā illi enim nuptā niphi appellāt · Numero dicebāt pro nimiū ·
Nupta uerba dicebantur ab antiquis que uirginem dicere non licebat · plautus uirgo sum nondum didici nupta uerba dicere · Numerius prenomen tractum ab auo ·
Nasciriosus qui parū uidet propter uiciū oculoꝝ quiqȝ plus uiderit ueperi q̃ meridie
Nundinas feriaꝝ dieȝ esse uolerūt antiqui quo mercādi gr̄a urbem rustici cōuenere ·
Nuculas prenestinas appellabant ꝙ inclusa penis cassilini fameȝ nucibus sustantarūt uel ꝙ in eorum regione plurima nux minuta nascatur ·
Nūmus ex greco numismate nascit̄ · Nuncius et res ipsa et persona dicitur ·
Nuper quasi nouiter tanq̃ dicimꝰ nouissime · Numen quasi nutus dei ac potestas
Numidas dicimus quos greci nomades siue ꝙ id genus hominum pecoribus negocietur siue ꝙ herbis ut pecora aluntur ·
Nunnella genus uehiculi quo quadrupedes dirigantur ·
Nuces flagitantur nuptiis et iaciuntur pueris ut noue nupte intranti domum nouim ariti secundum fiat auspitium ·
Numē pōpilii in ianiculo ē sepulchꝝ · Nonūciū ⁊ terūciū q̃ ·ix· est unciaꝝ uel triū ·
Nomen dictum quasi notamen ꝙ noticiam faciat ·
Noctua a tempore noctis dicta quo uenit uel uocat ·

Noneole uocantur papille que ex faucibus caprarum pendent.
Noctilucam Lucilius dixit cum obscenum significat.
Nibili qui nec bili quidem est.
Nouerca dicit quam quis liberis sublatis nouam uxore ducit creãde familie gratia.
Noualis ager noue relictus sementi.
Noxia apud antiquos damnum significabat sed a poetis ponitur pro culpa.
Noxa ponitur pro peccato aut ꝓ peccati pena cũ lex iubet noxe debere ꝓ peccato
Nothum greci natũ ex uxore nõ legitima dicũt qui apud nos spurio patre natus dicit
Nota nũc significat signũ ut pecorib⁹ nũc litteras singulas aut binas nũc ignominia
Nobilem antiq ꝓ nato ponebãt Plautus peregrina facies atq ignobilis .i. ignota.
Noegrum amiculi genus noegrum candidum Liuius lacrimas de ore neogro detorsit idest candido.
Nixidi appellantur quos putabant presidere parentium nixibus.
Nictare ꝛ oculoꝝ ꝛ alioꝝ membroꝝ nixu sepe aliquid conari dicimus enim nictationem et nictum cecilius hunc tremulus palpebris percutere nictu.
Nictit canis ut odorandis ferarum uestigiis leniter gannit. Ennius nare sagaci sensit uoce sua nictit ululatq inde et gannitio.
Ningulus nullus Martius uates ningulus mederi queat.
Nequam qui ne tanti quidem est ꝙ quod habetur minimi.
Natium greci uas aquariũ dicũt humile et cõcauũ ꝙ uulgo uocãt situlũ barbatum.
Necem a greco dici certum est Nenim mortuum dicunt greci.
Niuem interpretantur nouum ex greco quod illi dicunt.
Nequinate narnienses ꝙ antea narnia nec uinum dicebetur.
Negocium quod non sit ocium. Nauos a nauis celeritate dicimus.
Nouendiales ferie a numero dierum sunt dicte.
Naualis portus uicinia naualium dicta.
Nonarum Iduum kalendarum posteri dies nuptiis alieni habentur quoniam hi dies decreto pontificum atri iudicati sunt quo neq Romanorũ duces belligerendi gratia his diebus supplicauerunt male rem gessere.

Ob prepositio aliqñ ponit̃ ꝓ circũ ut cũ dicim⁹ urbem obsederi obsignare obuallari aliqñ inuicẽ prepositiõis que est ꝓpter ob merita ob superatos hostes unde obsides pro obsides quod obsidem patrie prestandam dantur aliquando pro ad ut Ennius ob Romam noctu legiones ducere cepit.
Oculissimum carissimum Plautus oculissimum hostium amice.
Oculatum pro presenti posuit Plautus cuꝫ dixit oculata die. Item ipse pluris est oculatus testis unus ꝙ auriti .x. idest qui se uidisse dicat Oculitus quoq dicitur ut funditus penitus quoq significat tam clarum esse ꝙ oculum.
Odefacit dicebant pro facit que uox a greco tracta est.
Ogigia moenia thebana ab ogige conditore dicta.
Occasio oportunitas tpis cã ꝓueniẽs. Occasus interitus ꝟ solis in oceano mersio

Occisum a necato distinguitur. nam occisum a cedendo dictum. necatum sine ictu.
October equus appellatur qui in campo martio mense octobri Marti imolabatur de cuius capite maxima erat contentio inter suburanos et sacrauienses ut hii in pariete illi ad turrem maniliam id figerent. cuius caula. ut ex eo sanguis in focum distillaret magna celeritate preferebatur in regiam
Occidamus Plautus posuit pro contracedimus.
Occentare dicebant pro conuitium facere cum id clare et cum quodam clamore fieret. ut procul exaudiri potuisset quod turpe habet quia non sine causa fieri putatur in cantilenam dici quia illam non cantus iocunditatem puto.
Ocrem morem cofragosum dicebant antiqui. hinc ocree dicte inequaliter tuberatu.
Occare occator ab occidendo dictum quod glebas terre cedat.
Ocius ocissime positiuum latinum non habet sed ab uenient greco.
Ocymon grecum et a celeritate nascendi est dictum globos.
Occupatitius ager dicitur qui desertus a cultoribus propriis ab aliis occupatur.
Orchitis genus olee ex greco dictum quod magnitudine sit instar testiculorum.
Orchestra locus in scena.
Orcha genus maxime belue maximum ad cuius similitudinem uasa fictilia orce dicuntur. sunt enim teretes atque uniformes specie.
Oriri nasci uel surgere. Orba significat aput poetas priuata aliqua persona cara
Orba est que patrem aut filios quasi lumen amisit.
Orthygia delos insula dicta est ab aue que coturnix dicitur.
Oratores ex greco dicti quod missi ad reges nationesque deos solerent idest testari. hii modo appellabantur legati.
Orata genus piscis a calore dicta quod rustici dicebant orum ut oriculas auriculas.
Orcus liber pater. et orcades nymphe a montibus appellantur.
Ordinarius homo scurra atque improbus. qui assidue in litibus moratur. ob eamque causam in ordine stat pretorem adeuntium. siue dictus per contrarietatem quia minime ordine uiuit.
Ornatus dicitur et bonis artibus instructus et honores adeptus appellatur qui ornatus cultus ipse quo quis ornatur.
Ordiri est principium facere. Opaca umbrosa.
Opalia dicebantur dies festi quibus opi supplicabatur.
Obnubit caput operit. unde et nuptie dicte a capitis opertione.
Oppidum dictum quod ibi homines opes suas conferant.
Oppidum dicitur et locus in circo unde quadrige emittuntur.
Oppido ualde multum. ortum est autem hoc uerbum a sermone inter se cofabulantium quantum quisque frugum faceret ut que multitudo significaret hinc cosuetudo uenit ut diceret oppido pro ualde multum Itaque si quis in aliis rebus euocat ut puta si quis dicat oppido didici spectaui ambulaui errat quia nulli eorum subici pot quod satis est.
Opiter est cuius pater auo uiuo mortuus est dicto uocabulo aut quod obitu patris genitus

sit. aut q avum post patrem habeat idest pro patre.
Opitulus Jppiter et opitulator dictus est quasi opis lator.
Obturare ex greco trahitur ab eo quod illi hostia dicunt.
Optio est optatio sed in re militari optio appellatur is quem decurio aut centurio optat sibi rerum priuatarum ministrum quo facilius obeat publica officia.
Obtestatio e cu in meliore pte uocat. detestatio cu in deteriore. Obices pessuli sere.
Obrutuit obstupuit ab ruto quod antiqui prograni pro stupido dixerat. Affranius no possum uerbum facere obrutui.
Obambulare aduersum alios ambulare et quasi ambulanti sese opponere.
Obrogare est legis prioris infirmande causa aliam ferre.
Obacerare obloqui atq alterius sermone moleste impedire. qd sumptu uidet a paleis quas greci acerra uocant. itaq et frumentum et panis non sine paleis acerrosus dicitur. item lutum aceratum paleis mixtum.
Oblitterat alii ab obliuioe. alii a littore q ibi notate a fluctib equari et tolli solent
Obprobrare est probrum obiicere. Obarcebat exercebat.
Oblucinasse dicebat antiqui mete errasse quasi in luco deoru alicui occurrisse.
Obperire expectare. Obtractat cotra sentetia tractat. Obedire obaudire.
Obrutu quasi intuitu a uerbo tuor quod significat uideo.
Opis dicta est coiunx Saturni per qua uoluerut terra significare quia omes opes humano generi terra tribuit. unde et opulenti terrestribus opibus copiosi et hostie optime precipue pingues. et opima magna et ampla spolia.
Obscium dicitur significare sacrum. unde et leges obscire idest sacrare.
Opicum quoq inuenimus pro osco. oscis enim frequentissimus fuit usus libidinu spurcarum. unde et uerba impudentia appellantur obscena. Titinnius osce et uolsce fabulantur nam latine nesciunt.
Obinunt obiunt. Obigitat cogitat. ut obambulat.
Oiuriare iureiurando obstringere. Obitu dicebant pro aditu.
Opiparum magnarum opum apparatum. Obescet oberit uel aderit.
Offerimenta dicebant que offeruntur. Obsecrare est opem a sacris petere.
Obesus pinguis quasi ob edendum factus. Opertat sepe operit.
Obnoxius pene obligatus ob delictum. Opillo genus auis que et opilio dicitur.
Opunculo quod opilionis genus cantus imitatur.
Opuniat uerberat a puniendo idest feriendo unde pueri puniendo coercent idest plagis. et pauimenta inde dicta.
Obedire opponere uel operire.
Obuos sacro pro uos obsecro. ut seruus placo pro supplico.
Obbebescere herbam increscere.
Oportune dicitur ab eo q nauigantibus maxime utiles exoptatiq sunt portus.
Oboritur adnascitur.
Obnectere obligare.

Ops antiqui dicebant opulentum unde econtrario inops.

Obsidionalis corona dicebatur ei qui obsessos liberaret ab hostibus et fiebat ex gramine uiridi ex eo loco decerpto in quo erant inclusi que corona magne auctoritatis erat. ciuica corona singularis salutis signum est.

Obsidionalis uniuersorum ciuium seruatorum.

Obstitum uiolatum. Obstinat affirmat.

Obstrundat auide trundat. Obsticium obliquum.

Obsalutare salutandi gratia offerre. Obsequela obsequium.

Oleagineis coronis ministri triumphantiū utebant꜄ ꝙ minerua dea belli esse putabat

Olentica mali odoris loca. Oliuetam dicebant ab oleis ut a uino uindemiam.

Officiosus ab efficiendo dictus. Offundas fallacias dicunt.

Offucare aquam ad fauces ad sorbendā dare. Offectores coloꝝ infectores.

Ossime ocissime. Onigenos unogenitos.

Oestrum furor greco uocabulo.

Omen uelut ore. quo fit ore Augurium quod auibus alioue modo fit.

Ouem masculino genere dixerunt ut ouibus duobus non duabus

Ouantes letantes ab eo clamore quem faciunt redeuntes ex pugna uictores milites geminata. o. littera.

Oualis corona est mirtea quam habebant qui introibant cum bella non erant indicta aut sine sanguine confecta.

Obuariator dicebat qui cuipiā occurrebat quominus is rectum iter conficeret

Ofentina tribus ab ofento fluuio dicta. Ostentum ostentatum.

Oscinum augurium cantu auium. nam oscines idest aues auspicium ore faciunt.

Osciner pro ostendit. Ostia urbs ab exitu tyberis appellata.

Olorem dixerunt qui aliquem odisset. Oilic pro illic.

Obiurgatio post turpe factum castigatio. monitio uero est ante cōmissum.

Obtrectatio est qui facit aliquid contra recte tractantem.

Obmanens pro diu manens ut permanens.

Offringi terra dicitur cum iterum transuerso sulco aratur.

Orare antiqui dixerunt agere. unde et oratores actores. actores ⁊ oratores qui nūc Legati ꝙ reipublice mandata peragerent.

Orcilla festa in honorem Bachi in quibus homines se per funes iactant. Alii putant Erigones et Icari festa.

Occisitantur sepe occiduntur. Osi sunt operosi sunt dicebant.

Oprimatus dicit꜄ ut decurionatus siue pōtificatus dicit꜄. Ob os significat ad os.

Obsonitauere sepe obsonauere significat aut conuiuari.

Ostentas sepe ostendis glorie causa.

Opigenā Iunonē matrone colebāt ꝙ ferre eā opē partu laborantibus credebant.

Oletum stercus humanū Ueranius sacerdotula in sacrario martiali fecit oletum.

Opidum dictum est ꝙ opem prebet.

Orcus ab urgendo dictus mortem. C. enim p. g. frequenter ponebant antiqui.
Offendices dicebant ligature nodos quibus apex retinebatur et id cuz peruenisset a d mentum dicebant offendimentum.

Receptat sepe precipit. Plusima plurima.

Perilāsura significat ungulam equi albam.

Pilare et compilare a greco trahunt. greci enim plures pilatas dicunt.

Pilat pilos habere incipit uel pro detrahit pilos.

Pila que parientem sustentant ab opponendo est dicta.

Pilētum uehiculi genus quo matrone ferebant. Pilani pilis pugnantes.

Pellicator qui pellicit ad fraudem. Pellirem galerum quia fiebat ex pelle.

Peilexit in fraudē induxit. Peluie quibus pedes lauant, ut malluuie quib⁹ man⁹.

Pelamis genus piscis. dictum ꝙ in luto moretur quod grece dicitur

Pellem habere Hercules fingitur ut homines cultus antiqui admoneantur. lugētes quoqꝫ diebus luctus mihi pellibus.

Pelra genus scuti. Petrones rustici a petrarum asperitate et duritia dicti sunt.

Pectoricum uehiculum gallicum. alii osce putant dictum quod est pectoria quattuor appellant. quattuor enim rotas habent.

Petumina in humeris iumentorum ulcera.

Picta que nunc toga dicitur ante uocabat̄ purpura ea que erat sine pictura.

Pietatem ut deos ceteros colebant Romani.

Pendere penas soluere significat ab eo quod est ere graui cū uterent̄ Romani penso eo ꝙ numerato debitum soluebant. inde et pensiones.

Penetralia sunt deorum penatum sacraria.

Peniculi spōgie longe propter similitudinem caudarum appellate. penes enim uocabantur caude.

Penetrare penitus intrare.

Pennatas impennatasqꝫ agrarias in salari carmine spicas cum aristis et alias sine aristis agnas nouas uoluerunt intelligi.

Penora dicunt̄ res necessarie ad uictum quotidianū. et locus earum penarius.

Penthatium antiqui quinquascium dixerunt. Id autem genus exercitationis in hiis quinqꝫ artib⁹ cōstat iactu disci. cursu. saltu. iaculatione. luctatione.

Pedam uestigium humanum appellabant.

Pisatilem neuius dixit e Pisis oriundum.

Pedes dicunt̄ quos diminutiue dicimus pediculos. ab hiis pedicosi appellant̄ ut est illud pedicosus squalidus ubi me uidet caput scauit pedes legit.

Pestitas dicebatur pestilentia Pedum baculi genus Vir. at tu sume pedum.

Pedem struit dicebant pro eo quod est fugit.

Piscatorii dicebantur ludi qui fiebant pro questu piscantium.

Pectinatum tectum dicitur a similitudine pectinis in duas partes deuexum. ut testudinatum in quattuor.

Peculatus furtum publicum a pecore dictũ sicut a pecunia eo ꝙ antiqui Romani nihil preter pecora habebant.
Piatrix dicebatur sacerdos que expiare erat solita quam alii Sagam vocabant.
Piamentum quoq̧ dicebatur quibus utebantur expiando.
Piaculares porta Rome dicte propter aliqua piacula. que ibidem fiebant.
Pigere interdum pro tardari interdum pro penitere poni solet.
Pangere figere unde plante pangi dicuntur cum in terram admittunt inde et uersus pangi uel figi in terra dicuntur.
Pegnides mule dicte sunt a fonte. quem pegasus ictu ungule fingitur aperuisse. ob quam causam et grece appellate sunt hippocrene.
Pipatio clamor plorantis lingua oscorum.
Pegasides mule a fonte macedonie dicte propter liquoris eius unicam subtilitatem
Perlicere petere. Pippit osce quidquid.
Picena regio in qua est asculum dicta ꝙ Sabini cum asculũ proficiscerentur in uexillis eorum Picus consederat.
Perditũ est quod interiit et recuperari nõ põt. Prebitere ꝓ perire posuit plautus.
Peregre dicebant expergefacere. pergite agite ui pergite.
Pergrecare est epulis et potationibus inseruire. Titinnius hominem improbũ nunc ruri pergrecatur.
Permissus appellat aries qui annis cõpluribꝰ tonsus nõ est.
Pyerides mule a pyerio monte sunt dicte.
Percũctatio uidetur dicta ex usu nautico quia altitudinẽ aque cõto pertentãt. alii uo sunt percũctationem dici ꝙ scilicet is qui curiosus est per cuncta interrogat.
Perfuga et transfuga dicitur ꝙ ad hostem perfugiat et transfugiat.
Perfacul et per se facul dicebant antiqui quod nunc facile et perfacile dicimus. unde permansit in consuetudine facultas.
Pediam et bibesiam plautus cũ dixit intelligi uoluit cupiditatẽ edendi et bibendi.
Peremere alii posuerũt pro prohibere. alii pro uiciare.
Perpete ꝓ perpetuo dixerunt poete.
Persillum dicebãt uas quoddam picatum in quo erat unguentum. unde arma quirini ungebantur.
Persicum portum mare euboicum ꝙ in eo steterit classis persarum.
Persicum Plautus dixit peracutum. Perpetat peragit. perficit.
Perpulit persuasit impulit. Pertisum pro pertesum dixerunt.
Puticuli sunt appellati quia uetustissimum genus sepulture ut puteus fuerit. Et dicti puticuli quia ibi cadauera putrescerent.
Putus antiqui dicebant ꝓ puro unde putare uites et arbores quoq̧ ꝙ decisis impedimentis remanerent.
Purũ aurũ quoq̧ putatũ dici solet idest expurgatũ et ratio putata. i. pura facta.
Putitium Plautus dixit pro stulto. Pubes adolescens.

Puteolos dictos putāt ab aque cal'de putore quidam a multitudine puteoruȝ earundem aquarum gratia factorum.
Pugnus a pugione idest pernitio dicitur.
Precidaniam porcā quam imolari erant soliti antea ꝙ nouam frugem preciderent.
Porritiam porro iactam.
Papirus nascitur in nilo duos cubitus non excedens in altitudine. hoc utuntur egiptii ad omnia cibaria.
Porce in agris sunt dicte ꝙ porcant idest probibeant aquam frumentis nocuam. naȝ crebriores sulci luni solent uocari.
Postliminium receptus is qui extra limina hoc est terminos prouintie captus fuerāt rursus ad propria reuertitur.
Posticum hostiū in posteriore parte edium. Ceterum antiqui etiam uicinū habitāteȝ ad posteriorem partem edium sic appellarunt. deniq; et que ante nos sunt antica et que post nos sunt postica dicunt. dexteram anticam sinistram posticam dicimus sic etiam ea celi pars que sole illustrat ad meridiē antica utiq; nominat. que ad septentrionē est posticā rursus que diuidit in duas partes orientem atq; occidentem.
Palatiū mons Rome appellat est ꝙ ibi pascens pecus balare consueuerit. uel ꝙ balare. i. errare ibi pecudes solerent. uel ꝙ ibi hyperboris filia Palanti habitauerit q ex Hercule latinum peperit. Alii eundē ꝙ pallas ibi sepultus sit estimant appellari
Palmites uitiū sarmēta appellant ꝙ in modū palmaȝ uirgulas quasi digitos edunt.
Palmule appellant remi a similitudine manus humane.
Pallas Minerua dicta est ꝙ pallantē gyganteȝ interfecerit. uel sicut putant ꝙ in palante palude nata est.
Pappi carduorum flores Lucretius uestem nec plumas auium papposq; uolantes.
Papille capitula mammarum. dicte ꝙ papularum sunt similes.
Pauperies damnū dicitur quod pauperes facit. Palpari blandiri.
Pauciens dicebant pro raro. Titinnius. uxorem pauciens uideo.
Panus facit dimitutiuum panucula.
Paneana porta dicta est Rome ꝙ semper pateret.
Pādiculari dicunt qui toto corpore oscitantur extenduntur q; pandefiunt.
Pandicularis dicebat dies. i. cōmunicarius in quo omnibus diis coūiter sacrificabat
Pancarpie dicunt corone uario genere florū facte. Profecta dicunt intestina.
Panibus redimibant caput equi imolati idibus octobris in campo Martio sacrifitium fiebat ob frugum euentum et equus potius ꝙ bos immolabatur ꝙ bos frugibus pariendis est aptus. Patulum boueȝ Plautus appellabat cuius cornua diuerse ac late pateant.
Paragium est quod ad summam tunicam assui solet que etiam paragiata dicit et paragiarii qui eiusmodi faciunt uestes. Paragus morbi genus.
Patritius uicus Rome dictus eo ꝙ ibi patritii habitauerunt iubere Seruio Tullo ut si quid molirentur aduersus ipsum ex locis superioribus opprimerentur.

Pagani a pagis dicti.

Pagi dicti a fontibus ꝙ eadē aq̄ uterent̄ aque .n. lingua dorica appellant

Pagine dicte quod in libris suam queque optineant regionem ut pagi uel a pagendo quod in illis uersus panguntur id est finguntur.

Parens uulgo pater aut mater appellatur sed iuris prudentes auos et proauos. auias et proauias parentum nomine appellari dicunt.

Parere obedire. Paret significat apparebit.

Paribus equis id est duobus Romani utebantur in prelio. ut sudante altero transirēt in siccum.

Pararium es appellabatur id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur.

Parrici questores appellabantur qui solebant creari causa rerum capitalium querendarum Nam parricida non utique is qui parentem occidisset dicebatur sed qualemcunque hominem inde autem fuisse indicat lex Nume pompilii composita uerbis si quis hominem liberum morti sciens est paricida esto.

Parūper significat parumper quasi per parum hoc est ualde paruū refertur ad tempus

Penuria est illud quod pene minus sit quam necesse est.

Pellices nunc quidem appellantur alienis uiris succumbentes non solum femine sed etiam mares Antiqui pellicem eam propriam nominabant que uxorem nuberet habenti cui generi mulierum etiam pena constituta est a Numa pompilio hac lege.

Pellex aram Iunonis ne tangito si tanget Iunonis crinibus dimissis agnū cedito

Pedidos sordidos significat atque obsoletos tractum uocabulum a greco quia idest pueritalis sint etatis ut a sordibus nesciant abstinere.

Peanem appollinem uocauerunt quod sagittarum ictu eū nocere putabant est enim idest ferire alii quod remedians morbis finem faceret talis grauitatis.

Peligni ex illirico orti inde enim profecti ductu regis cui cognomen fuit Lucullo partem Italie occuparunt huius fuerunt nepotes.

Pecinus a quo pecinates et Pelicus a quo peligni.

Pales dicebatur dea pastorum cuius festa parilia dicebantur uel ut alii uolunt dicta parilia quod pro partu pecoris eidem sacra fiebant.

Partus et pro nascendo ponitur et pro par. Neuius Male parta male dilabuntur

Parones nauium genus ad cuius similitudinem mioparo uocatur.

Passer marinus. quem uocat uulgus stritomellum.

Pascito linguam in sacrificiis dicebat̄ idest coercito. cōtineto taceto. inde cōpescito

Pascillus forma panis parui utique diminutiuum est.

Passales et oues et galline appellantur ꝙ passim pascuntur.

Phascolla appellant greci quod uulgus pernas uocat.

Pretoria cohors est dicta quod a pretore non discedebat Scipio enim affricanus fortissimum quemque delegit qui ab eo in bello non discederent et certo munere militie non uacarent et sexquiplex stipendium acciperent.

Prorsum ponebant pro recto

Prandium ex greco est dictum. nam meridianum cibum cenam uocabant.
Pretexte appellantur que res gestas Romanorum continet scripte.
Pretoria porta ea foris appellat qua exercitus in preliuz educit quia initio pretores erāt q nūc cōsules ꝛ hii bella admistrabāt quoꝝ tabernaculū quoqꝫ dicebat proriū
Pres est qui se populo obligat īterrogaturqꝫ a magistratibus si pres sit. ille responde at pres.
Presiderare dicit cū maturius hyberna tēpestas mouet quasi āte syderis tempus.
Presidium est quod pro utilitate et salute alicuius auxilii gracia preponitur. subsidi um quod est positum ad subueniendum laborantibus.
Prestinere aput Plautum est emere idest emendo tenere.
Prestitem in eadem significatione dicebant antiqui qua nunc dicimus antistitem.
Prestolari is dicit qui ante stando ibi quo uenturum excipere uult moratur.
Prefice dicunt mulieres ad lamentandū mortuū cōducte que dant ceteris modū plā gendi quasi in hoc ipsum perfecte Neuius. hec quidem mehercle opinor prefica q sic mortuum collaudat.
Presagire est prediuinare presipere. sagax enim est acutus et sollers.
Precidanea agna uocabat que ante alias cedebat. item porca que cereri mactabat ab eo qui mortuꝰ iusta non fecisset idest glebam non obiecisset. quare mos erat eis facere priusqꝫ nouas fruges gustarent.
Precia dicebantur qui a flaminibus premittebant ut denūciarent opificibus manus abstinerent ab opere ne si uidisset sacerdos facientem opus sacra pollueren tur.
Periurationes facere dicuntur hii qui ante alios conceptis uerbis iurant post quos in eadem uerba iurantis tantummodo dicunt idem in me.
Pronurus nepotis uxor.
Preneste dicta est ꝙ locus quo condita est montibus prestet.
Promissum capillum dicitur longum. item barba promissa uelut porro missa.
Promiscam dicebant promiscue. Promonstra prodigia.
Promulgari leges dicuntur cū primum in uulgus eduntur quasi prouulgari.
Primordia principia. Pro mulco agi dicitur nauis cū scapha ducitur fune.
Principalis castroꝝ porta nominat qa in eo loco est in quo principes ordines tenēt
Prenominibus feminas appellatas testimonio sunt Cecilia et Terentia ambe Caie solite sunt appellari. pari modo Lutia et Titia.
Primesius palus ad quem funis nauis religatur quem alii tonsillam dicunt.
Procare poscere Unde procaces meretrices ab assidue poscendo. Et proci uxorem poscentes in matrimonium.
Procellunt procumbunt.
Proculū inter cognomia eū qui natus est patre peregrināte a patria procul.
Proculos sunt qui credant ideo dictos quia patribus senibus quasi procul progressi et attenuati sunt.
Procapis progenies que ab uno capite procedit.



Procincta classis dicebat cum exercitus cinctus erat Sabino cinctu cōfestim pugnaturus. uetustius enim fuit multitudinem hominū ꝗ̄ nauium classem appellari.
Procitant pro uocitant. citare enim uocitare est. unde procet et proicet uocant dicebant pro poscit.
Procalare prouocare a greco idest uocare. unde calumnia calones et cacule et calatores.
Procera prolixa et in longum producta quasi ex cera ob eius facultatem.
Procitum testamētum uolūt ꝑcitum ꝓuocatū irritum et ruptum. procitum cum prima sillaba corripitur petitum Liuius matrem procitum plurimi uenerunt.
Procestria dicuntur quo procedat in muro Elius procestria edificia dixit esse extra portā. Artorius ꝓcestria que sunt ante castra etiam qui non habent castra.
Propugnacula quibus pro castris utuntur edificant.
Prosapia ꝓgenies. i. porro sparsis et quasi iactis liberis ꝓfutaret significat iaceret.
Prositum quod prosecatum proiicitur.
Prosequium a prosequendo. obsequium ab obsequendo dicuntur.
Prosedas meretrices Plautus appellat ꝙ ante stabula sedeant.
Pro sententia ac si dicatur in sentētia. pro rostris idest in rostris dicebant.
Prosumia genus nauigii speculatorium. Prosita proposita.
Priuos priuasꝗ antiqui dicebāt ꝓ singulis ob quā cām et priuata dicunt que uniuscuiusꝗ sint. hinc ⁊ ꝑuilegiū ⁊ ꝑuatus dicimus tñ etiā priuatū cui quid est ademptum
Priuignus dictus ꝙ antequam mater secundo nuberet est progenitus. pri enim antiqui pro pre dixerunt. Preuaricatores a preter eradiendo sunt dicti.
Prisci latini proprie appellati sunt hii qui priusꝗ̄ conderetur Roma fuerunt.
Priscus Tarquinius est dictus quia prius ꝗ̄ Tarquinius superbus.
Pristinum ab eo uenit quod est prius pari modo prius et prior.
Proletarium capite censum dictum ꝙ ex hiis ciuitas constet quasi proles progenitore item et proletanei.
Procitare sepe prolicere idest producere.
Prologiū principium proloquium. Pacuuius. quid est nam examinasti prologio tuo
Prolugere dicuntur qui solito diutius lugent.
Preliares dies appellantur quibus est fas bello lacessere. Erant enim quedam ferie publice quibus nefas fuit id facere.
Prouincie appellabantur ꝙ populus romanus prouicit idest ante uicit.
Protinam protinus. Terentius. protinam coniiciam pedes.
Pruina dicta est ꝙ fruges ac uirgulta perurat. Prugnum priuignum.
Propages progenies a propagando ut faciunt rustici cum uitem uetulam supprimūt ut ex una plures faciant.
Propetrare mādare ꝙ perficiat nā impetrare exorare et perpetrare perficere.
Propudium dicebant cum maledicto nudare turpitudinē uolebāt quasi porro pudendam. quidam ꝓpudium putant dici a quo pudor et pudicitia procul sint.

Preparulũ late patens atq; apertũ et patuli boues quoꝝ cornua in diuersum patent.
Properus celer unde aduerbium propere.
Prophetas Julius in adrasto dicit antistites fanorum oraculorum interpretes.
Profecturi uiam Herculi aut fauno sacrificabant.
Prodigere consumere unde et prodigus fit.
Prodinunt prodeunt Ennius prodiunt famuli candida lumina lucent.
Probrũ stuprũ flagitiũ. Probi uelut ꝓhibi qui se a delinquendo prohibent.
Prodigiatores prodigiorum interpretes.
Prodit memorie dat et fallit item et interiore loco procedit item prodit.
Punicũ gen⁹ libi trãslatũ a penis id etiã appellabat probũ q̃a erat ceteris suauissimũ
Pro significat in.ut pro rostris pro ede pro tribunali.
Progenerum appellabat auus neptis sue uirum.
Profanũ id quod nõ est sanctum Plaut⁹ sacrũ an profanum habeas paruipendit
Pro etiã ponit̃ ꝓ amplificando et palam faciendo ut prodi prouoca protrahe ꝓpelle alis pro priuandi facultate ut in propudio prohibendo quia utrũq; abnuit in his esse pudorem potestatemq; alias alio ut ꝓ pecunia ꝓ prędio ꝓ consule alis pro admiratione ut pro Jupiter alias pro ante ut pro hostio alias ꝓ mittere ut promittere barbam et capillum.
Profundum quod longe habet fundum.
Profesti dies procul a religione numinis diuini et notantur littera.c.
Profusus supra modum sumptuosus. Terentius profundat perdat pereat nihil attinet alias abiectus iacens pacuuius profusus gemitu murmuro.
Plaudi appellant̃ canes quoꝝ aures languide sunt ac flacide ac lacius uidet̃ patere.
Plante semina olearũ q̃ plana sunt et appellant̃ etiã simili mõ plãte nostrorũ pedum.
Plãce tabule plane ob quã cãm ꝛ plãci appellant̃ qui supra modũ pedib⁹ plani sunt.
Plebeium magistratum neminem capere licebat nisi qui ex plebe est.
Plutei crates e corio crudo intẽte que solebãt opponi militib⁹ opus facientibus et appellabantur militares nunc etiã tabule quib⁹quid presepit eodem nomine sequunt̃
Plebei ediles dissidẽte plebe a patrib⁹ sunt creati. Plexa colligata unde perplexa.
Pemur ãtiq etiã sine aspiratõe dixerunt. Ploxenũ capsũ dixerunt.
Pax dicta est a pactione.
Penem caudã uocabant.unde et offam porcinã cũ cauda offam penitem dicebãt.hinc et peniculos dicim⁹ quibus calciamẽta terguntur q̃ hii caudaꝝ extremitate fiunt.
Penis denuq; a pendendo dicta est.
Propius sobrino mihi est consobrini mei filius et patris mei consobrinus.
Possessio est usus quidam agri aut edificii non ipse fundus aut ager.
Portum frequenter pro domo maiores posuerunt.
Patrocinia appellari cepta sũt cũ plebs distributa iter patres eoꝝ opib⁹ tuta esset.
Postica linea in agris diuidẽdis ab oriẽte ad occasũ spectat.
Pontia tribus a põtia urbe est dicta. Papiria tribus a papirio uocata.

Pupina tribus ab agro pupino. Pupilla tribus a ꝓgenitore traxit uocabulū.
Prorsi limites appellant̄ in agrorum mensuris qui ad orientem directi sunt.
Pugio dictus eo ꝙ punctum pungat. Prebia remedia.
Premetiū quod prelibatōis causa ante premit̄. Protelare lōge ꝓpellere a greco.
Priuato sumptu se alebāt milites po.ro.pene id ad tēpus quo roma est capta a gallis
Porci effigies inter militaria signa quintum locum obtinebat quia confecto bello inter quos fieret pax cesa porca fedus firmare solebant.
Polimenta testiculi porcorum dicuntur cum castrantur a politione uestimentorum ꝙ similiter ut illa curantur.
Pater patrimes dicitur qui cum sit adhuc et patrem habet.
Porticulus est qui in portu modum dat classi.est autem malleus
Pro scapulis cum dixit Catbo significauit pro iniuria uerborum.
Primanus tribunus erat qui primo legionis tribunum scripsit.
Properare aliud est aliud festinare qui enim mature transit is properat.qui multa simul incipit neq̧ perficit is festinat. Prorsus porro uersus.
Peregrina sunt sacra dicta que ab aliis urbibus religionis gracia sunt aduecta.
Peculat⁹.i.furtū publicū dr̄.q̧ cepit a pecore tūc cū romāi p̄ter pecudes nihil haberēt.
Plebeie pudicitie sacellum rome ut sacra cetera colebantur.
Primigeni⁹ sulc⁹ dr̄ qui in cōdēda noua urbe tauro ꝛ uacca designatōis cā imꝑ mit̄.
Parilib⁹ romulus urbē cōdidit quē diem festū precipue habebant minores.
Pretexta palla nulli alii licebat uti q̄ꝫ ei qui funus faciebat.
Pilates genus lapidis Catbo lapis candidior q̄ꝫ pilates.
Pile effigies uiriles et muliebres ex lana cōpitalib⁹ suspēdebant̄ in compitis q̄ꝺ esse deoꝝ inferioꝝ q̊s uocāt lares putarūt qb⁹ tot pile q̊t essent capita seruoꝝ tot effigies q̊t liberi ponebant̄ ut uiuis parcerēt et essent hiis pilis et simulacris cōtenti.
Ploti appellabant̄ q sunt planis pedib⁹.unde ꝛ poeta Acti⁹ qa umber sarsinas erat a pedū planicie initio plot⁹ postea plautus est dictus.soleas quoq̧ dimidiatas quibus utebant̄ in uenado quo planius pedem ponerent semiplotia appellabant.
Punici dicuntur non peni quamuis a phoenice sunt oriundi.
Porcas que in agris fiunt ut Varro ait dici ꝙ porrigant frumentum.
Portunus qui etiam palemon a romanis qui inter deos colebatur.
Penas pēdere ꝓprie dicit̄ qui ob delictū pecuniā soluit quia penso ere utebantur.
Pullariā plau.dixit manū dextrā. Procedere dicebāt īterdū ꝓ succedere īterdū ꝓ porro. Pertusum doliū dr̄ cū uentrē significat. Pollit pila ludit.
Pelliculatōꝫ cato a pellicēdo dixit. Premiosa pecunia
Pascales oues catbo posuit pro pascuales.
Petreia uocabatur que pompam precedens in coloniis et municipiis imitabatur anus ebriam ab agri uitio scilicet petris dicto.
Periculatus sum catbo est usus in dicendo.
Predonulos hypocoristicos idest diminutiue catbo posuit pro predonibus.

Parsi idem catho dixit non peperci. Precem singulariter.
Pulchralibus pro pulchris. Pugnitariolas leues pugnas ipse dixit.
Proedificatū dicitur quod ex priuato loco processit in publicum locum.
Prodidisse lōgius tēp⁹ fecisse. Pauimēta penica hoc ē marmore numidico strata
Prolato ere aput ēniū scuto āte se ꝓtēto. Priuate ferie sacroꝝ ꝓ prioꝝ uelut dies
Pudicitie signū rōe colebaꝫ qđ nefas erat attigi nisi ab ea q̄ semel nupserat natales
Patrimi et matrimi pueri tres adhibebantur in nuptiis. unus qui facem preferret ex pino alba quia noctu nubebant. duo qui nubentem tenebant.
Prima aut secunda hora diei causa omnis sponsis tribuebatur.
Pronube adhibēꝫ nuptiis q̄ semel nupserūt cā auspicii ut singulare ꝑseueret m̄rioniū
Pretextatis nefas erat obsceno uerbo uti. ideoq; pretextuꝫ appellabant sermonē qui nihil obscenitatis haberet.
Palatualꝭ flamē ad sacrificādū ei dee cōstitut⁹ erat in c⁹ tutela palatiū esse putabāt.
Puer qui obscene ab aliquo amabaꝫ eius a quo amatus esset pullus uocabaꝫ. idē Fabius cui eburno cognomen erat propter candorem q̄ eius natis fulmine icta esset pullus Jouis appellatus est.
Publica sacra q̄ ꝓ populo fiebāt. priuata que ꝓ singulis familiis et homīb⁹ appellāt
Prodit non solū in apertum exit significat sed etiam porro it.
Portenta serum fieri dicuntur cum solita raro se ostendunt ut comete turbines baratra sereno celo facta tonitrua.
Pul potissimum dabatur pullis in auspiciis quia ex eo necesse erat aliquid decidere quod tripudium faceret idest terripudium.
Pauire enim ferire est. bonū eniꝫ auguriū esse si pulli per quos auspicabanꝫ cōmedissent presertim si eis edētibus aliquid ab ore decidisset. si autem omnia non edissent arbitrabantur periculum imminere
Pedestria auspicia arbitrabantur et que a uulpe lupo serpente ꝫ quo ceterisq; animalibus quadrupedibus.
Piacularia auspitia appellabāt que cū sacrificabāt tristia ꝓtēdebāt cū aut hostia ab ara ꝓfugisset aut ꝑcussa mugitū dedisset aut in aliā ptē corpori q̄ opteret cecidisseꝫ
Pestifera auspicia esse dicebāt cum in extis aut caput iecinoris non fuisset.
Prepetes aues dicunꝫ que ante auspitiū se auferūt. nāq; ꝑpetere dicebāt pro anteire.
Pecunia sacrifitium fieri dicebatur cum fruges fructusq; offerebantur. quia ex his uerbis constat quia nunc dicimus pecuniam.
Polluuium pelluuium uas quod nos peluim uocamus.
Patres senatores appellati sunt qa agroꝝ tribuebāt tenuiorib⁹ ac liberis propriis
Pecuum catho genitiuum dixit pluralem ab eo quod est pecu.
Peculium seruorum a pecore dictum sicut et pecunia nobilium.
Puelli pueri per diminutiones Ennius penis uos solitis uos sacrificare puellos.
Preciamitatores dicebanꝫ q flamini diali. i. sacerdoti iouis ātecedebāt clamātes ut homīes se ab ope abstinerēt quia his opus facientem uidere irreligiosum erat.

Pedum baculum incuruū dictū quia illo oues a pedibus comprehenduntur.
Ponem graui somno ponitur pro loci significatione.
Pura uestimenta sacerdotes ad sacrificium habebant idest nō obsita non fulgurata non funesta non maculam habentia. Proculato prouocato.
Pretericulū uas eneū siue anla patens summū uelut peluis quo ad sacrifitia utebant
Patelle uasa picata parua sacrificiis faciēdis apta. Pantices fluxus uentris.
Perimit adimit tollit unde peremptus interfectus.
Procinctā classē i.parata ad bellū militū multitudinē diali flamini uidere non licuit.
Prosimuriū pontificale pomeriū quasi promurum idest proximum muro.
Penus uocabatur locus ede intimus.
Pubes puer qui iam generare potest.is incipit esse ab annis.xiiii.femina uiri potens a duodecim. Prandia ientacula.
Prodigie hostie uocabant que cōsumuntur.unde homines quoq luxuriosi prodigi.
Petronia nomen amnis in tyberim defluentis.
Penetrale sacrifitium dicebatur quod interiore parte conficiebatur.unde et penetralia cuiusq dicuntur et penes nos quod in nostra potestate est.
Puriprobi sui auri dicebantur in manumissione sacrorū causa ex quibus puri signat quod in usu spurco non fuerit.
Pationem antiqui dicebant quam nunc dicimus pactionē. unde pacisci adhuc et pacto in usu remansere.
Pateram pro plonere cum dicerent significabant pertusam esse.
Pasallum in sacris libi genus rotundum.
Plaudati armati ornati.omnia enim militaria ornamēta plaudamenta dicebant.
Prox ut estimo quasi bona uox. Penates alii uolūt ut habeat nōiatiuū penates. alii penatis. Proculūt ꝓmittūt. Profanū dicit̄ qđ fani religione nō tenetur
Procubatores dicuntur qui noctu custodie causa ante castra excubāt cū castra hostium in propinquo sunt.
Properā celerē strēnuūq significat. Precidere ancedere idest ante immolare.
Pube presente.i.populo presente ab hiis qui puberes sunt omnē populū significat.
Priueras mulieres priuatas. Promellere litem promouere.
Purime tetinere purissime tenuere. Pristina uelut pristinum dictum est.
Presagio dictum ꝙ presagire sentire.inde sage dicte anus que multa sciunt.et sagaces canes qui ferarum cubilia presentiunt.

Quirinalis porta dicta est siue ꝙ ea in collem quirinalem itur.uel ꝙ proxime eam est quirini sacellum.
Quirinalis dies quo quirino fiebant sacra.eadem et stultorum ferie sunt appellata.
Quirinalis dictus est quia in eum cōmigrauere Sabini a curibus uenientes.quāuis alii a templo quirini putent.

Quirite fosse dicte q ea anc⁹ marcius cū urbē circūdedit quiritū opera fecit
Quispiam signat aliquē sed unde sequēs usurpari pars ceperit inueniri non potest.
Quinquatrus festiuus dies dictus q diem quintum post iduum celebratur ut triatrus et sexatrus et septematrus et decematrus
Quinquertiū greci uocant quo die quinq genera artiuz ludo exercebant. ipsos quoq Atlethas Liuius quinquertiones appellat.
Quisquilie putatur dici quidquid ex arboribus minutis surculoruz folioq cadit uelut quidquid cadere.
Quintipor seruile nomē frequens aput antiquos a patre nomine domini dictū ut marcipor a quinto et marco. Quippe significat quidni.
Quia nam p quare et cur ponit Ennius quia nam dictis nr̄is sententia flexa est.
Quitralis dicebatur aput antiquos orcbus.
Quintia prata trans tyberim a Quintio cincinato cuius fuerunt dicta sunt.
Quītana appellabat porta in castris post pretoriū ubi rerū utensiliū forum fit.
Querqueram frigidum cum tremore a greco certum est dici unde et carcer Lucilius me ut febris querquera. et alibi querquera consequitur capitisq dolores. Plautus is mi erat bilis querquatus.
Quercus dicitur q id genus arboris graue ac durum tamen etiam ingentem euadat amplitudinem. querquetam enim grauem et magnum quiddam putant dici.
Quadriplatores dicebantur qui eo questu utebantur et eas res persequebantur quarum ex legibus quadrupli erat actio.
Quando rex comitiauit fas in fastis notari solitet hoc uidetur significare quando rex sacrificulus diuinis rebus perfectis in comitium uenit.
Quando stercus polutum fas eodem modo in festis notatur dies quo stercus purgat ab ede ueste.
Quando cum graui uoce pnunciatur signat. quod quoniam et est coniunctio. quando acuto accentu est temporis aduerbium.
Quatrurbem Athenas Actius uocauit q ex quattuor urbibus in unam illam ciuitatem homines se contulere.
Queso signat id quod rogo quesere tamen Ennius pro querere posuit.
Quadrantal uocabant antiqui amphoram quod uas pedis quadrati octo et. xii. sextarios capiat. Plautus hoc sitit quantillum sitit modica est capiat quadrantal.
Quassare rane dicuntur quando uocem emittunt.
Quartarios appellabant Muliones mercennarios qui quartam partē capiebant questus.
Quatenus signat qua fine ut hactenus hac fine. quatinus uero quoniam. sed antiqui quatenos dicebant.
Quande pro quando dicebant antiqui.
Quammox signat quamcito. sed si per se ponas mox signat postea uel paulopost.
Quatere suspensum et uicinum rei alicuius mortuum signat ut interdū concutere cum

et idipsum uerbū concutere et quatere sit compositū quassare autem est sepe qtere.
Querculane dicebantur nymphe querqueto uirescenti presidentes.
Querquetularia porta Rome dicta est ꝙ quercuz intra muros urbis iuxta se habuit.
Quoniam signat non solum id quod quia sed etiam id quod postq̄ hac de causa q̄ grecum utriusq̄ significationem obtinet.
Quod signat aliquando preter ꝙ quod in usu fere est et greci dicunt.
Quinq̄ genera signorum obseruant augures ex celo et ex auibus ex tripodis ex quadrupedibus ex diris.
Rufuli appellabant tribuni militum a consule facti. non a populo de quoꝝ iure ꝙ rutilius rufus legem tulerit rufuli ac postruti sunt uocati.
Runa genus teli Ennius runata recedit id est pilata.
Ructare non ructari dicendum est. Flaccus uidetis alios ructare et imspuere pulcerrima super uiam cicero tamen ructaretur dicit.
Respersum uinum dixerunt quia uino sepulchrum spergebatur.
Rudibus apud Plautum panis uocatur parum coctus item Scortee ampule rugose rubide dici solent.
Romanula porta apud Romā Sabinis appellata est ꝙ p eā primus eis aditus esset
Rotabulum a proruendo igue uocatum quo panes coquerentur inuenitur tamen positum et pro uirili membro.
Rutilium ruffuz signat cuius coloris studiose etiam antique mulieres fuerunt. unde ꝛ rutile dicte sunt.
Rutrum dictum quod eo harena ruitur.
Rotundū faciebāt edē uesce ad pile similitudinē ꝙ eandē deā credebāt terram esse
Rupitia qui damnum dederit significat.
Rudus uel raudus cum dicitur res rudis et imperfecta significatur etiam hominem imperitum uocamus.
Rudentes restes nautice et asini cū uoces amittūt. Ruspari crebro querere.
Rustica uinalia. xiiii. kaleñ. septēb. celebrabāt q̄ die primū in urbē uinū deferebant
R. pro. s. littera antiqui sepe posuerunt ut maiosibus meliosibus lasibus fesiis pro maioribus uel melioribus laribus feriis
Rorarios milites uocabāt ꝙ leui armatura primi preliū comittebāt ꝙ ut ante imbrē fere rorare solet sic illi añ grauē armaturā ꝙ ꝓdibāt rorarii dicti.
Robū rubro colore ꝛ quasi ruffuz significari ut bouē q̄z rustici appellabāt manifestū est unde et materia que plurimas uenas huius coloris habet dicta est hinc ꝛ homines ualentes ꝛ boni coloris rustici rubus quoq̄ in carcere dicit̄ is locus quoq̄ precipitatur malefactorum genus quod ante a reis robustis includebatur
Robigalia dies festus septimo kalen. maias. quo robigo deo suo quem putabant rubiginem auertere significabant. Rorariū uinū ꝙ rorariis dabat.
Rogatō ē cū popul⁹ ꝯsulit̄ de uno pluribusue hoīb⁹ ꝙ ñ ad oēs ptineat et de una pluribusq̄ reb⁹ ō qbus oībus sanciat̄. nā ꝙ i oēs hoies resq̄ ppl's resciuit lex appellat̄

Romulus et Remus a uirtute hoc est robore appellati sunt.
Romanos Romulus de suo nomine appellauit sed ideo romam non romulam ut am-
pliori uocabuli significato prosperiora patrie sue ominaretur.
Romula tribus dicta ex eo agro censebat quem romulus ceperit ex ueientibus.
Rumex genus teli simile spari gallici.
Rumitant rumigerant Neuius simul alius aliunde rumitant inter se.
Ruminalis dicta est fic⁹ ꝙ sub ea arbore lupa mãmam dedit romulo ⁊ remo. mãma
aũt rumis dr̃ unde ⁊ rustici appellãt edos subrumos qui aduc sub mãma habentur
Rumẽ est pars colli qua esca deuorat. unde et rumare dicebat quod nunc ruminare.
Rumentum abruptio.
Regiũ appellat id mũicipiũ qd in freto Sicilie est quoniã id a rũpẽdo dictũ est
Redibitum proprie dictum est quod redditum est improbatumq; qui dedit coactus ẽ
habere id quod ante habuit.
Rediuia siue rediuiũ dicit cum circa ungues cutis se soluit quia dura est soluere.
Redhostire est graciam referre. nam et hostire pro equare posuerunt.
Rediuium est ex uetusto renouatum.
Reus dictus a re quam promisit ac debet. reus stipulandõ qui stipulatur. reus ꝓmit-
tendo est suo nomine alteri quod pro altero promisit.
Ritus mos uel consuetudo. rite autem significat bene ac recte.
Retractare est rursus tractare. Rabidus a rabie qui morsus caninus est.
Raui coloris appellantur qui sunt flauos et cesios quos plautus appellat rauiscillos
quis inquit hec mulier et ille rauiscellus qui uenit.
Rates uocant ligna colligata que per aquam aguntur quo uocabulo interdum etiaꝫ
naues significantur.
Rabula dicitur in multis intentus negociis paratusq; ad radendũ quid auferendũ q;
uel qa est in negociis agendis acer quasi rabiosus.
Rodasculana porta appellata ꝙ rudis ⁊ impolita sit relicta uel rauda. i. ere uincta.
Rasores fidicines dicti quia uidentur cordas ictu radere.
Rautũ quadratem dictũ putãt ꝙ in eo et tricate ratis fuerit effigies ut nauis in asse.
Rauim dicebant pro racitare. unde et uerbum rauio rauias.
Rat⁹ sum signat puta. itẽ rat⁹ cert⁹ ⁊ firm⁹. Rauili⁹ a rauis oculis qñadmoduꝫ
a cesii cesulus. Ratumenta porta a nomine cuiusdam aurige sic appellata.
Reciperatia est cum inter ciuitates peregrinas lex conuenit ut res priuate reddantur
singulis recuperenturq;.
Reciprocare pro ultro citroq; poscere usi sunt antiqui quia procare est poscere. unde
eque gremiis sublectare ac effligere.
Recinium omne uestimentum quadratum. unde reciniati mimi.
Rice et ricule uocantur parua uicina ut pallida ad usum capitis facta.
Rete appellant uestimenta uirilia que a stantibus et in altitudinem texantur.
Rienes ãtiq uocabãt nefrũdes qa greci eos nefr⁹ dicũt plau. glaber erat tanq̃ rien.

Refrina dicebant que ex segete causa auspitii domū ad sacrificiū referebant.
Remeare redire ut cōmeare ultro citroq; ire. unde cōmeatus dari id est temporis quo ire et redire commode possis.
Remeligines et remore a morādo dicte. plautus quid ille nunc tam diuini⁹ remorat remeligines Lucilius que nam uox ex tere lonans in eo gradu remoram facit.
Romurinus ager dict⁹ quia possessus est a Romo. et habitatio Remi remona. sed et loc⁹ in summo auētino remona dicit̄. vn̄ Rem⁹ de urbe cōdenda fuerat auspicat⁹.
Remores aues in auspitio dicunt̄ que acturū aliquid remorari compellunt.
Rimari est ualde querere ut in rimis quoq;.
Romillum dicunt quasi repandum. Remorbescat in morbum recidat.
Refutare redarguere compositum a fundo uersa. a. littera in. u.
Renanciscit̄ significat reprehēdit̄. unde adhuc nos dicim⁹ nāciscit̄ et nact⁹. i. adept⁹.
Reor existimo et quecunq; ab eo declinantur.
Remulco est cum schafas e remis magna nauis trahitur.
Rig dū et preter modū frigidū signat et durum.
Regifugium dicebatur quo die rex Tarquinius fugerit e Roma.
Regia domus ubi rex habitat. Regiescit apud Platum significat crescit.
Reipse est reipsa. Pacuuius sed non est ingratus re ab se quid feci.
Repotie postridie nuptias apud nouū maritū cenant̄ quia quasi reedificetur potatio.
Repagula sunt que patefaciendi gracia ita figuntur ut econtrario oppugnentur. hec et repages dicuntur.
Repudiū ꝙ fit ob rem pudēdam appellatum. Repedare recedere.
Repastinari ager dicit̄ nā tum fodiēdo mutat̄. Relucere soluere repignerare.
Resignare āntiqui dicebāt pro rescribere ut adhuc subsignare dicimus pro subscribere
Resiliare sepe resilire.
Restibilis ager fit qui biennio continuo seritur farreo spico idest aristato quod ne fiat solent qui predia locant excipere.
Resignatus qui resider.
Resecrare soluere r̄ligiōe utiq; cū reus populū comitiis orauerat p deos ut eo piculo liberaret̄ iubeat magr̄at⁹ eū resecrare. plaut⁹ resecroq; mr̄ qđe dudū obsecrauerā
Res comprehendi nata signat iudicium in die constitutum.
Rauia uox rauca et parum liquida proxime canum latratu sonans unde et causidicus pugnaciter loquens rauilla.
Rosea in agro reatino cāpus appellat̄ ꝙ in eo arua rore humida semper seruntur.
Rediculi fanū extra capenā portā fuit quia accedens ad urbē Hanibal ex eo loco redierit quibusdam perterritus uisis. Reserare a sera dictum est.
Ridicul⁹ qui in reb⁹ turpidis ridet. Remeāt repetāt Ennius riuos causaq; remeāt
Rauicibus cum iam Carbo aquam eo nomine significat qua orti irrigantur.
Receptitius seruus est ob uicium redibitur.
Rogat idest consulit populum uel petit ab eo ut id sanciat quod ferat.

Restat Ennius posuit pro discat.
Ruri esse non rure dicendum est Terentius. ruri se continebat.
Retiario pugnāt aduersus mirmillonē cantat. non te peto piscem peto. quid me fugis galle. quia mirmillonicū gen⁹ armature gallicū est ipsiqꝫ mirmilones ante galli appellabant in quorū galeis piscis effigies inerat. quod genus pugne institutuꝫ est a Pitaco uno ex septem sapiētibus qui aduersus phitonē dimicatur⁹ propter cōtrouersias finium que erat atticos inter et mitilenos occulte late impediuit phitonem.
Resignatū es dicit militi cū ob delictum aliquid iussu tribuni militū ne stipendiū ei dicetur in tabulas refertur. Resignare enim dicebant pro scribere.
Rituales nominantur etruscoꝝ libri in quibus scriptum est quo ritu urbes cōdant are edesqꝫ sacrentur. curie tribus et centurie distribuantur.
Redinunt redeunt. Regium est quod est aut fuit regis. Regale est dignū rege.
Reqꝫ eapse reipsa. Recipie recipiam. Renditauere ut domitauere
Repulsior Carbo dixit comparatiue a repulso.
Ratissima quoqꝫ ab hiis quam diximus rata. unde et rationes dicte.
Rapi simulatur uirgo ex gremio matris aut si ea non est ex proxima necessitudine cum ad uirum trahitur ꝙ uidelicet ea res feliciter Romulo cessit.
Rapi solet fax qua prelucēte noua nupta deducta ab utrisqꝫ inest amicis ne aut uxor eam subiecto uiri ponat. aut uir in sepulchro comburendam curet qua utroqꝫ mors propinqua ab alterutrius ceptari putat.
Receptus mos est quem sua sponte ciuitas alienum adsciuit.
Regalia exta appellabant que potentibus insperatum pollicebātur honorem humilioribus hereditates filios familie dominationes.
Rosci appellabantur in omnibus perfecti ꝙ Roscius quidam perfectus in arte sua idē optimus comedus.
Rica est uestimentum quadratum fimbriatum purpureum quo flaminice ꝓ palio utebantur. Alii dicunt ꝙ ex lana fiat succida alba quo conficiunt uirgines ingenue patrime matrime ciues ut inficiatur ceruleo colore.
Repertum dicitur quasi reparatum. Ruscus genus uespis. i. uirgulti longi.
Rumpha balnea dicunt. Rusticum lignum impolitum et spinosis foliis.
Rictus rixe risiose ringitur dici uidetur quia in diuisum rumpant contrariaqꝫ sint recto quod uocabulum dictum uidetur a regendo.

Usqꝫ deqꝫ significat plus minusue sono sonati.
Suppum antiqui dicebant quem nunc supinum dicimus.
Seruilius locus rome a conditore dictus.
Sonticum iustum Neuius Sonticam esse oportet causam quamobrem perdis mulierem.
Sacra uia in urbe Roma appellatur ꝙ in ea fedus ictum sit inter Romulum et Tacium.

Soli thaurilia hostiarum trium diuersi generis immolatione signat Thauri arietis uerrisq; omnes hii solidi integriq; sunt corporis. solium eni lingua oscorũ signat totum et solidum. unde tela soliferrea uocant tota ferrea. et homo bonarum artiũ sollers ea que nulla parte laxata cauaq; solida nominantur.

Supernum mare adriaticum quia sit e superiori parte.

Socordiam quidam pro ignauia posuerunt Catho pro stultitia posuit. compositũ autem uidetur ex si quod est sine et corde.

Semis semodius semuntia ex greco trahunt sicut et alia nõnulla que. s. littera pro aspiratione eorũ habent ut septẽ silua silue sicut ista ab eo quod est illi declinata sunt.

Superuacaneum superuacuum.

Serufertarios dicebant qui sacrificia ad arbores fulguritas faciebant a ferto scilicet quodam sacrificii genere.

Silicerniũ erat quoddã genus farciminis quo fletu familie purgabant. dictũ autẽ silicerniũ quia cuius nõie ea res instituebat istum silentium cerneret. Cecilius credidi silicernium eius me esse esurum.

Sudum siccum quasi secundum idest sine udo. Securus sine cura.

Sinus maiores recessus maris ut Caspius Arabicus Indicus.

Sublesta infirma et tenuia. Plautus grauior paupertas fit fides sublestior infirmior. Idem ait uinũ sublestissimum quia infirmos facit uel animo uel corpore.

Secus aliter. haut secus non aliter.

Stipem esse nummum figuratum testimonio est et de eo quod datur in stipendiũ militi. et cum spondetur pecunia quod stipulari dicitur.

Sobrinus est patris mei. cõsobrinus et matris mee consobrinus filius.

Sororie mamme dicuntur puellarum cum primum tumescunt.

Suregit ꝛ sort⁹ ꝓ surrexit ꝛ quasi possit fieri surrect⁹ frequẽter posuit Liuius.

Sors et patrimonium significat. unde consortes dicimus et dei responsum. Et quod cuiq; accidit in sortiendo.

Soracum est quod ornamenta portantur scenicorum.

Sobrium uicum Rome dictũ putant uel ꝙ in eo nulla taberna fuerit. uel ꝙ in eo mercurio lacte non uino supplicabatur.

Sons nocens. insons innocens.

Sodales dicti ꝙ una sederent uel ꝙ ex suo datis uesti soliti Uel ꝙ inter se sua darent quod utile esset.

Sodes si audes uti sis pro si uis et illico pro in loco Terentius in andria. dic sodes qs heri chrisidem habuit.

Surcũ dicebãt ex quo per diminutõẽ fit surcul⁹. enni⁹ surcũ ferret trãsẽdere possent.

Suremit sumpsit inq; manus exemit hastam. Surrepsit sustulerit.

Summissi murmuratores Neuius odit inbuit summissos proinde aperte dice quid si. Teren. mussare pro tacere posuit cum ait sine cela occulta tege tace mussa.

Sum pro eũ usus est ennius.

Sollo osce dicitur id quod nos totum uocamus liuius.
Solliferreum genus teli idest totum ferreum.
Solers etiam in omni re prudens et solemne quod omnibus annis prestari debet.
Sola sedilia in quibus singuli tantū possunt sedere ideoqꝫ soliare sternere dicunt qui sollisterniū habnet et solaria uocantur babillonica quia eadem sterni untur.
Solum terram.
Solea uel ea dicit que solo pedo subiicitur uel gen⁹ piscis uel materia robusta super quam paries craticus extruitur
Solox lana crassa uel pecus lana contextum Titinnius lana solea ad purpuream data et Lucilius Pascali ac montano hirco atqꝫ solo ce
Sos ꝓ os antiq dicebāt ut Ennius cōstitit inde loci ꝓpter sos dea deaꝝ Sos interdū ponebat pro suos per datiuum casum idem Lucretius postqꝫ lumina sis oculis bonus ancus reliquit pro suis.
Sultis pro si uultis Plautus sequimini me hac sultis et Catho Audite sultis milites
Solor pro consolor solatum genus morbi.
Solipugna genus bestiole malifice quod acrius concitaciusqꝫ feruere solet. unde etiam nomen traxit.
Sospes saluus Ennius tamen sospitem pro seruatorem posuit.
Sospitare bona spe afficere aut bonam spem fallere.
Sorotilla uox tenuis et alta Titinnius Femina fabula socrocilla uocula.
Subcingulum balteum.
Succerda stercus suillū Titinnius quis nisi unam arcā sine claui eo condis succerdas
Suscito sententiam dico.
Succidanea hostia dicebat que secundo loco cedebat sic appellata a succidendo.
Sugillatim dicitur ex greco quod ea pars que sub collo est ab eis dicitur.
Sicophantas appellatos hac de causa dicunt Atticos quondam iuuenes solitos aiūt in ortos irrumpere ficusqꝫ deligere quam ob causam lege est constitutum ut qui id fecisset capite truncaretur quam penam qui sequerentur ob parua detrimenta sicophantas appellatos.
Solcus dicitur a greco qui ab illis appellatur.
Suasum color appellatus qui fit ex tillicidio fumōso in uestimēto albo Plautus suaso infecisti propudiosam pallulaꝫ. sunt qui omnem colorem suasuꝫ uelint appellare ꝙ quasi persuadentur alium ex albo transire.
Superescit superit Ennius dum quidem unus homo rome anus toga superescit.
Sub iugum dicuntur mitti hostes cum duabus hastis in terra defixis terciaqꝫ superligata inermes sub ea transire coguntur.
Subices Ennius pro subiectcis posuit.
Superstites antiquitus appellati sunt testes.
Superuaganea dicebatur de auguribus auis que cum summo cacumine uocem emisisset dicta ita quia superosa uagatur aut canit.

Supercilia in Junonis tutela esse putabant q biis ptegantur oculi per quos luce fruimur quam tribuere putant Junonem· unde lucina est dicta.
Supernati dicuntur quibus semina sunt succisa in modum suillarum parnarum Ennius biis paruas succidit iniqua supernia peni.
Supremum modo signat summum· modo extremum· modo maximum.
Subsilles dicebantur quedam lamelle sacrificiis necessarie.
Sororium tigillum appellabatur locus sacer in honore Junonis quem Oratius statuerat causa sororis a se interfecte ob suam expiationem.
Substillium tempus ante pluuiam iam pene et post pluuiam non siccum q iam stillaret aut non desiisset.
Succudes appellantur tabelle quibus tabule inter se configuntur quia quo imitunt succiditur Pacuuius et illi succus probibet compagem.
Sub corona uenūdari dicuntur captiui quia uerecūdabantur coronari Catbo ut populus pocius ob rem bene gestā suplicatū eat q̄ re male gesta coronatus ueneat.
Sublime est in altitudinē elatū ·id aūt dicit a limine superiore quia super nos est.
Subcenturiare est explendā centurie gracia supplere Cecilius Nunc me malitie astutia opus est sub centuria.
Subrumari dicuntur bedi cum ad mammam admouerentur quia ea rumis uocat uel quia rumine trabunt lac sugentes.
Subulo tusce tybicen appellatur.
Subura regio Rome a pago succusano uocabulū traxit quod ei uicinum fuit.
Subuerbustam uerubus ustam significat.
Soboles ab olescendo idest crescendo dicte ut adolescentes et adulta et indoles Lucretius siue uirum soboles siue est muliebris origo.
Subucula est genus libi dicit ex aulta et oleo et melle et genus uestimenti.
Sub uos placo pro supplico.
Soffisc⁹ folliculus testiū aretinoꝝ quo utebant ꝓ marsupio a fisci similitudine dict⁹.
Subactus modo signat mollitus· modo uictus· modo compulsus· et cum dicimus pecus sub arbore subactum modo coactum.
Supplicia ueteres quedam sacrificia supplicando uocabant.
Suffes cōsul lingua poenoꝝ Cecilius senatus inquit censuit referentibus suffetis.
Sub bastā iacere dicit cū eas sub manu sursū submittit Lucilius ut ueles bonus sub nitē qui submisit bastas· ueles aūt uelitis facit uelox ⁊ leuis armature miles est
Subinter preliari dicuntur milites cum sub uinea militari pugnant Lucilius neq̧ preliari in altum sub uite procul.
Sub uite iacere dicunt milites cū cēturionibus adstantibus iacere coguntur subdes.
Supparum uestimentum puellare lineū quod et subula dicitur Affranius Puella nō sum supparo si induta sum.
Supar iecit· unde dissipat disiicit· et obstat obiicit et insipat hoc est iniicit.
Sutele dolose insidie asturie ad similitudinem suetium dicte.

Suspectus et a suspicor uenit et a suspitio.
Suopte suoipsius ut meopte meoipsius tuopte tuoipsius.
Strui dicebant omnium rerum instructiones.
Struere antiqui dicebant pro angere unde industrie.
Strophus quod grece dicitur pro insigni ponebatur in capitibus sacerdotum. alii coronam esse dixerunt.
Scruteum membrum uirile a salacitate asseris.
S. littere antiquitus frequens usus erat.
Strebula lingua umbrorum appellabant partes carnium sacrificatorum
Stlata genus nauigii latum magis quam altum et altitudine sic appellatum. sed ea consuetudine qua slocum pro locum et stlitem pro litem.
Stlembus grauis tardus sicut Lucilius pedibus stlembum dixit equum pigrum et tardum.
Sabei molles a sabeis qui sunt sub molli aere.
Stipatores corporis custodes quos antiqui laterones uocabant. stipati enim ferro circumdant corpora regum.
Stipes fustis terre defixus.
Simus idest curuus et pressus naribus ut sime capelle.
Stritauum antiqui dicebant pro tritauo. Strigores densarum uirium homines.
Strige appellantur ordines rerum inter se coniuncte collocatarum a stringendo dicte.
Saturnus idest saturnus.
Status dies uocatur iudicii causa constitutus.
Satura et cibi genus dicitur et uariis rebus conditum et lex multis aliis conferta legibus et genus carminis ubi de multis rebus disputatur.
State martis simulacrum in foro colebatur.
Stalagamum genus ornamenti aurium Cecilius ex aure eius stalagomum domi habeo
Stolidus stultus.
Stuprum pro turpitudine antiqui dixerunt unde est in carmine fede stupreque castigator cotidie.
Stura flumen in agro laurenti est. Sterulam sterilem.
Stultorum ferie appellabantur quirinalia quod eo die sacrificabant hii qui sollemni die aut non potuerunt rem diuinam facere aut ignorauerunt.
Sanqualis auis dicitur que ossifraga dicitur.
Sacrima appellabant mustum quod libero patri sacrificabant pro uineis et uasis et ipso uino conseruandis sicut primitium de spicis quas primum messuissent sacrificabant cereri.
Sacrificulus rex appellatus est cum ea sacra que reges facere debuerant fecisset.
Sacella dicuntur loca diis sacra sine tecto.
Sacrosanctum dicebatur quod iureiurando interposito erat institutum ut quis uiolasset penas morte penderet.
Sacrate leges dicebantur quibus sancitum erat ut si quis aduersus eas fecisset sacer alicui deorum esset cum familia pecuniaque.
Selusa sacra dicebant. Scena siue sacena dolobra pontificalis

Sarissa basta macedonica.
Sacer mons trans anienem fluuium ultra tercium miliarium appellatur quia Ioui fuerat consecratus.
Sacerani appellati sunt reate orti idest geniti qui ex septimontio ligures siculosqz exigerunt dicti sacerani quod uere sacro sint nati.
Segmina dicebant berbas uerbenasqz que loco sancto arcebant legatis pficiscentibus ad fedus faciendumqz indicendum uel a sanciendo idest a confirmando Neuius scabos atqz uerbenas segmina sumpserunt.
Sagaces appellant solertis acuminis. vñ et canes indigetores sagaces sunt appellati
Saga q̃z dr̃ mlr pita sacrar̄ ⁊ uir sapiēs pducta prīa sillaba ppt̄ ābiguitatē euitādā
Sarpa uinea putata. i. pura facta uñ ⁊ uirgule abscise sarmenta sarpere enim antiqui pro purgare ponebant.
Sarte ponebāt p integre ob q̃ cām opa publica que locant ut integra prestent sarta tecta locant eteni sancire est integrū facere. Sarapilos insula.
Sardare est intelligere Neuius quid pruri nec satis sardare queunt.
Sarcito damnū soluito. Sargus piscis genus in mari egiptio.
Sas suas. Ennius uirgines nam sibi quisqz Romanus babet sas.
Sam eam. Ennius quos res sapsa loco sese ostentat.
Steneres dicit mala quasi sinistra n. sinistra dr̃. Sapda gen⁹ pessimi pisci
Sandaraca genus coloris Neuius merula sandaricio ore.
Sambina organi genus a quo sambisce dicunt macbina quoqz qua urbs expugnatur similiter uocat. Nam ut organo uoces sic in macbina intenduntur funes.
Samnites ab bastis appellati sunt quas greci appellant bas enim ferre assueti erant siue a colle samnio ubi ex sabinis aduentantes consederunt.
Salaria uia Rome est appellata quia per eam sabini sal mari deferebant.
Salatiā dicebāt deā aque q̃ putabā salū ciere boc est mare mouere vñ Ouidius nimphe quā salaces q̃ uocabulo poete p aqua usi sunt patet bic seuitiā salatie fugim⁹
Salutaris porta appellata est ab ede salutis que ei proxima fuit.
Spondere putat dictum quod sponte sua id est uoluntate promittat.
Salentini a salo sunt dicti et appellati.
Seculares ludi apd romanos p⁹ cētū ānos fiebāt qa scōz cētū ānos extēdi extimabāt
Scutulum tenue et macrum et in quo tantum exilis pellicula cernitur.
Squalidū incultū et sordidū qz proxime similitudinem babet squame pisciū appellatū
Squarrosi ab eadem squamar̄ similitudine dicti quor̄ cutis exurgit ob assiduam illuuiem Lucilius Uarronum ac Papicum squarrosa incondita rostra.
Scbenicule appellant meretrices pp̄ter usum unguenti scbeni qz est pessimi generis.
Scorta appellantur meretrices quia ut pellicule subigantur omnia namqz ex pellibus facta scorta appellantur.
Scorte idest pelles testium arietinorum ab eisdem pellibus dicte.
Scandulaca genus berbe frugibus inimica quod eis uelut berbe implicando necat.

Scantesula locus ubi argentū effodit in macedonia dictus a fodiendo. Ne mq; grece fodere dicit Lucretius quales expirat scantesula subter odores.
Spara minimi generis iacula a spargendo dicta. lucilius tum spara tum murices portantur tragula porro.
Spira dicit et basis columne unius thori aut duoꝝ et genus operis pistorii et funis nauticus in orbem conuolutus ab eadem omnes similitudine Ennius uero hominum similitudinem spiram uocauit.
Specto sine prepositione posuit Pacuuius.
Specile caro quedam proprii cuiusdam habitus infra umblicum suis.
Spirilum barba capre appellatur. Spintirnix genus auis turpis figure.
Sarne nugatorie ac despiciende mulieres.
Scrutillus uenter suillus condito farre expletus.
Spinter armille genus quo mulieres utebantur brachio summo sinistro.
Scrupi dicuntur aspera saxa et distantia tractu. unde scrupulosam rem dicimus que aliquid in se habet asperi.
Soranteū pelliceū in quo sagitte recōdunt appellatū ab eadē cā qua scortū enim grece pellis dicit unde et scutice et scuta quia non sine pellibus sunt.
Sceleratus campus appellatur proxime portam collinam in quo uirgines uestales que incestum fecerunt uiue defosse sunt
Sceleratus uicus Rome appellatur quod cum Tarquinius superbus interficiendum curasset seruium tullum regem socerum suum corpus eius iacens filia carpento superuecta sit properans in possessionem domus paterne.
Scelerata porta que et carmentalis dicit uocata quod per eaꝫ. vi. et triccnti fabii cū clientib⁹ milib⁹ quinq; egressi aduersus etruscos ad amnē cremerā sunt interfecti.
Schedra genus nauigii conditum idest trabibus tantum inter se nexis factum. unde mala poemata schedra appellantur.
Sexus natura uel habitus ex greco uocantur.
Simpludearia funera quibus ludos adhibebant.
Sestertiū dicit quarta pars denarii quo tpe is decussis ualebat depondius et semis
Subinā appellabāt illirici telū uenabuli simile enni⁹ illirici restāt sic sibinisq; fodētes
Sex milium et. cc. hominum primus. c. Marius descripsit legionem cum antea quatuor milium fuisset unde etiam uocabatur quadrata.
Sibus callidus uel acutus. Sed pro sine inueniuntur posuisse antiqui.
Sediculam sedile dixerunt a sedendo.
Sudiculum genus flagelli dictum quod uapulantes sudare facit.
Sectarius ueruex qui gregem agnorum precedens ducit.
Secespitam alii securim alii dolabram eneam alii cultellum putant.
Sicilicum dictum quod semuntiam secet. Secessiones narrationes.
Sicilices hastaꝝ spicula lata Ennius incendit uelis uulgo sicilicibus latis.
Sectio prosecutio iuris.

Secunde res non a numero dicuntur sed quia uelimus sequantur.
Sinciniam cantionem solitariam.
Sectores et qui secant dicuntur et qui empta sua persequuntur.
Simultas idest odium latens. dicta ex contrario quia minime sunt simul. potest et a similitudine dicta existimari quia simulata loquuntur ad inuicem.
Sicionia genus calciamenti Lucilius et pedibus leua sicionia demit honesta.
Sementine ferie fuerant institute quasi ex hiis fruges grandescere possint.
Sipulum uas paruum non dissimile cyatho quo uinum in sacrificiis libabatur. unde et mulieres rebus diuinis dedite dicuntur simpulatrices.
Senaculum locus senatorum.
Sentinare satagere dictum a sentina nauis quam quis ut aqua liberet euacuare contendit. itaqꝫ sentinare subtiliter periculum euitare. Cecilius capit consilium postqꝫ sentinat satis.
Sentes spine Affranius qꝫ senticosa uerba pertorquet turba.
Scenas sabini cenas dicebant que autem nunc prandia sunt cenas habebant et ꝓ scenis uespernas appellabant.
Segnitia dicitur ꝙ sine nitendo utile aut honeste Terentius. enimuero daue nihil est loci sanguine neqꝫ secordie.
Signare significat mō scribere. mō anulo signa imprimere. mō pecora signis notare
Septimontium appellabant diem festum ꝙ in septem locis faciebant sacrificium. palatio. uelia. fagutali. subura. cerimalio. celio. opio. et celpo.
Sciparium genus teli minutum. Siliquastra genus sedilium.
Silus appellatur nalus surlum uersus et repandus. unde Galee quoqꝫ ꝗ similitudine sile dicte sunt.
Serilla nauigia histrica que lino ac sparto cōdensant a cōserēdo ac cōtexēdo dicta.
Sultis si uultis Ennius.
Serius a sero Actius cōparauit. ait enim ne si forte paulo quātum uenias serius.
Spondere ponebatur pro dicere unde et respondere adhuc manet usurpari ceptuꝫ est in promissum.
Subditus dicitur iudex qui loco mortui datur hiis qui cum habuerant iudicem in aliqua re uel lite.
Scaptia tribus a nomine urbis scaptie appellatur que est in campania.
Sabatina a lacu sabate dicta tribus. Sabini a cultu deorum dicti seuini.
Silere tacere significat ficto uerbo ab. s. littera que est nota silentii.
Sanqualis porta appellatur proxima edibus Antii regis.
Stiricidium quasi stillicidium cum stille concrete frigore cadunt. Stiria enim principalis est stilla diminutiuum.
Seruorum dies festus erat ydibus Augusti quia eo die Tullus Rex filius ancille natus est.
Sacramentum dicitur quod iusiurandum sacratione interposita geritur.

Sireps dicitur quasi similiter res ipsa. habetur hoc in libris Catbonis.
Spaciatorem pro erratorem Catbo posuit.
Stata dicebant sacrificia que ceteris diebus fiebant Catbo sacra stata solemnia sancta seruasti.
Solemnia sacra dicuntur que certis temporibus fiunt.
Serra preliari dicit cũ assidue accedit receditur neq ullo tempore consistitur.
Sacramentum es significat quod pene nomine penditur
Schole dicte sunt ex greco a uacatione q ceteris rebus omissis uacare liberalibus studiis pueri debent.
Silatum antiqui pro eo quod nunc ientaculum dicimus appellabant quia ieiuniũ sibi conditum ante meridiem obsorbebant.
Sarculum est genus rastri rustici. Salebre orones dicunt in scribendo aspere.
Struppi uocabantur in puluinaribus fasciculi de uerbenis facti qui pro deorum capitibus ponebantur.
Sacespita cultrum ferreum oblongum manubrio ex ebu. neo rotũdo solido iũcto ad capulum argento auroq fixo caluis eneis ere ciprio quo flamines flaminiceq uirgines pontificesq ad sacrificia utebantur dicta aũt est secespita a secando.
Secium libum est quod secespita secabatur.
Suffimenta dicebant que faciebãt ex faba milioq molito mulso sparso. ea diis eo tẽpore dabantur quo uue calcare pilo premebantur.
Serpsit antiqui pro serpserit usi sunt unde serpule dicte quas nũc serpentes dicimus
Subfibulum uestimentum album pretextum quadrangulum oblongum quod in capite uirgines uestales sacrificantes habebant idq fibula comprehendatur.
Sumanalia liba farinata in modum rote ficta.
Sanantes dicti sunt qui supra infraq romã habitauerũt. quod nomen ideo est inditũ quia cũ defecissent a romanis breui post in amicitiã quasi sanata mẽte redierunt
Sex ueste sacerdotes constitute erant ut populus pro sua quisq haberet parte ministram sacrorum. quia ciuitas Romana in sex erat distributa partes in primos secũdos ac tercios. i. Tacienses Ramnes Luceres.
Sublucare arbores est ramos earum supputare et ueluti subtus lucem mittere Collucare autem succisis arboribus locum luce implere.
Spurcũ uinũ dicebãt cũ aqua admixta ut igne tactũ erat mustũue anteq deferuescat
Sacrifitium quod fiebat Rome in monte palatino palantirar dicebatur.
Sistere fana cũ dicerẽt significabatur lectisternia certis in fano locis componere.
Sepulla serpsit cum legitur aput Messalã significat serpens irrepserit.
Sulmo intelligitur consulo.
Stipatores. i. custodes cuiuscunq corporis dicti sunt a stipe quem accipiebant mercedis nomine.
Solicitare est solo citare. i. ex suo loco mouere. solum autem quin significet locũ quis dubitet cum exules quoq dicantur loco patrie sue pulsi.

Terentum locus in campo martio dictus ꝙ eo loco ara Ditis patri in terra occultaretur.

Thauri appellabantur ludi in honorem deorum inferorum facti. Instituti autem uidentur hac de causa. regnante Tarquinio superbo cum magna incidisset pestilentia in mulieres grauidas que fuerat facta ex carne diu uendita populo thaurorum ab hoc diis inferis instituti et thauri uocati sunt.

Talassionem in nuptiis Varro ait signum lanificii esse Talasionem uocabant quasi blum qui alio modo uocatur calathus uas utiq; aptum lanifitiis.

Thauras uaccas steriles dici existimant hac de causa ꝙ non magis pariāt ꝙ̄ thauri.

Todo genus auium paruarum Plau. cum extortis talis cum todinis crustulis.

Tubilustria dies eppellabantur in quibus agmina tubas lustrabant.

Tuditantes significat negotium tundentes idest agentes Lucretius nec tuditantia rem cessant extrinsecus ullam.

Tudices mallei a tundendo dicti unde et cuidam cognomen tuditano fuit quod caput malleo simile habuit.

Tullos alii dixerunt esse fillanos alii riuos alii uehemētes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis quales sunt tyberis in aniene Ennius sanguinem tepidi tuli efflantes uolabant.

Toper cito ut illud nelei toper fortune committantur hominibus.

Torrens et participium et nomen.

Toron torridum et aridum.

Turma equitum dicta quasi terma quia terdeni equites ex tribubus Taciensiū Ramnium et Lucerum fiebat. itaq; primi singularum decuriarum decuriones dicti qui ex eo in singulis turmis sunt etiam nunc tribuni.

Torreri a torreo dictum proprie significat siccare atq; arefacere. sed usurpatum est iam pro eo quod sit ignoscere.

This lachryma hebani est arboris candida et subrufa libani mascule optima quia alba pinguis et natura leuis et cito igni incenditur quod greci hebanon uocant.

Thyrreni etrusci dicti a tyrrheno duce lydorum a quibus gentis perpetua crudelitate etiam tiranni sunt dicti.

Toruitas a ferotia thaurorum acerbitas est uocata.

Turbellas aput Plautum turbas significat.

Tutulum dicebant flaminicarum capitis ornamentum uitta purpurea enexa crinibus et in altitudinem extractum Ennius uictores algeos et tutulatos.

Tuor uideo. tueor defendo.

Tuscus uicus Rome est dictus ꝙ ibi habitauerunt tusci qui recedentes ab obsidione Porsena remanserunt.

Tusci a tusco rege rege filio Herculis sunt dicti. uel a sacrificando studiose ex greco uelut tusculum dictum ꝙ aditum difficilem habeat.

Tomicos greco nomine appellantur canabi impolitum et sparto leniter torte restes

ex quibus funes fiunt· pulvilli quoque quos habent ne a restibus ledantur tomicos uocant·
Tongere nossere est· nā prenestini tongionē dicunt notionē Ennius retborica tōgent·
Tesca loca augurio designata Cicero aspera ait esse et difficilia·
Tonsilla palus dolatus in acumen et cuspide perforatus que nauis religande causa in littore figitur· Actius tacete et tonsillas littore date·
Tonsa remus ꝙ quasi tondeatur ferro· Ennius· ponere petunt exin referunt ad pectora tonsas·
Timbreus Apollo in campo timbreo dictus qui est in agro troiano·
Toles tumor fautium que per diminutionem dicuntur tonsille·
Taxat et taxatio a uerbo tango dicuntur· unde et taxatores a Scenicis dicuntur qui alterutrum maledictis tangunt· aput antiquos tanxi nunc tetigi·
Tangit similiter dicitur quod attigit contingit facit compositum·
Teblinum locus proximus a trio a tabulis appellatus·
Tagax furunculus a tangendo dictus Lucilius proscribere posse tagacem mutonis manum·
Taminia uua siluestris dicta ꝙ tam mira sit ꝙ̄ minium·
Talus prenomen erat Sabinorum·
Tanem eousque Affranius tanem arcula tua plena est aranearum·
Talipedare est uacillare pedibus et quasi talis insistere·
Tammodo antiqui ditebant pro modo· Talia folliculus cepe·
Tarmes genus uermiculi carnem corrodens·
Temperon appellabāt gen⁹ scribendi greci deorsuꝫ uersus ut nūc destrorsuꝫ scribim⁹
Tartarino horrendo et terribili·
Tam significationem habet positiuam cum subiungimus ꝙ̄ ut taꝫ bonus chenilus ꝙ̄ bonus Homerus tamet pro tamen usi sunt·
Tandem cum significat aliquando interdum tamen pro superuacuo ut terentius ita ne tandem uxorem duxit Cicero etiam duplicat temporalem significationem cum ait tandem aliquando·
Toli aquarum sunt proiectus quales sunt anienis precipito·
Tamia dicitur cum labore uie sanguis in crura descendit et tumorem facit· Lucilius Ingenua existat papule tamia neboa nexit·
Tedulum fastidiosum siue quod est omnibus tedium·
Tapula dicta est lex quedam de conuiuiis· Terinouem Ennius terminum dixit·
Tersum diem serenum· Teres rotundus in longitudine·
Tarmentum aput Plautum detrimentum·
Tempestatē pro tēpore frequēter dixerunt tēpestaꝫ tēpestiua· Trinia uasa uinaria·
Tensa uehiculum argenteum quo exuuie deorum ludis circensibus in circum ad puluinar uehebantur·
Temerare uiolare sacra et contaminare· dictum uidelicet a temeritate·

Temetum uinum. unde temulentus et temulentia.
Titinnire et titinnabunt Neuius dixit pro sonitu titinnabuli.
Tentipellium genus calciamenti ferratum quo pelles extenduntur.
Tugillũ cuculli uinculũ ex scirpo factũ plau. tugillũ mercaret id si uis dabo.
Tyberis fluuius dictus a tyberino rege Albanorum ꝙ in eo cecidisset.
Tibicines in edificiis dicti existimantur a similitudine tibiarum canentium qui ut cantantes sustineant ita illi edificia.
Tippula bestiole genus sex pedes habentis sed tante leuitatis ut super aqua currens non decidat Plau. neq tippule leuius põdus ꝙ est fides leonina.
Testiculari est iumentis maribus feminas uel mares feminis admouere. licet alii dicant testillari.
Tifata illicita Rome tifata curia. tifata etiam lacus iuxta Capuam.
Tituli milites appellantur tituli ꝙ patriam tuerentur. unde et titi prenomen ortum est
Tiasitas sodalitas. Titiensis tribus a prenomine. T. tacii regis appellata uidet.
Sitia quoq curia ab eodem rege dicta. Teniui pro tenui.
Thraces gladiatores a similitudine paruarum thraciarum.
Triga antiqui humum appellabant. unde trigetus adhuc dicitur.
Titumcilium nullius est significationis aput grecos Plautus non ego istud uerbum dempsi cum titunicilio.
Trabs ꝑprie dicit duo ligna cõpacta. Tragus genus conche mali saporis.
Trabica nauis ꝙ sit trabibus confixa Pacuuius labitur trabica in alueos.
Trachali appellantur muri ac purpure superiores partes unde ariminenses maritimi homines cognomen extraxerunt trachali.
Troia et regio priami et lusus puerorum equestris dicitur et locus in agro laurenti q̊ primum italie Eneas cum suis constitit.
Triphax telum longitudinis trium cubitorum quod cacapulta mittit. Ennius aut per maceret paries percussa triphaci.
Triburũ ex priuato in publicũ tribuit. Trochũ genus selle habet aput Plautum.
Tritonia Minerua a ripa Tritonis fluminis dicta ꝙ ibi primitus sit uisa.
Trues auis onocrocalus Cecilius irridens magnitudinem nasi. proh dii immortales unde prorepsit truo.
Trepit uertit unde trepido et trepidatio quia turbatione mens uertitur.
Triumphales corone sunt que imperatori uictori auree preferuntur que temporibus antiquis propter paupertatem lauree fuerunt.
Templũ significat et edifitiũ deo sacratũ et tignũ quod in edifitio transuersuz ponit.
Transtra et tabule nauiũ dicunt et tigna que pro pariete in parietem porriguntur.
Tormentina tribus a campo tormenta dicta.
Tragula genus itali dicta quod scuto infixa trahatur.
Themim deam putabant esse que preciperet hominib⁹ id petere quod phas esset eãq id esse existimabant et fas est.

Termes ramus decerptus ex arbore nec foliis repletus nec nimis glaber.
Tenus significat finem cum dicimus hactenus.
Trossuli equites dicti quod opidum tuscorum trossulum sine opera peditū ceperūt equites
Taciturnus qui facile tacet tacitus etiam argutus quia potest tacere.
Tenire dicebant esse fortium dee dicte quod tenendi haberet potestatem.
Termino sacrificabāt quod in eius tutela fines agrorū esse putabāt. denique Numa pompilius statuit eū qui terminū exarasset et ipsum et boues sacros esse. Terminus quo loco colebat super eū foramen patebat in tecto quod nefas esse putarent terminum intra tectum consistere.

Vicinia uicinorum est conuersatio.
Vesperna apud Plautum cena intelligitur.
Vesticeps puer quod iam uestitus est pubertatis. econtra inuestis qui nec pubertatis uestitus est.
Vera apud oscos dicebat plaustrū. unde ueiari stipites in plaustro. et uectura ueiatura
Vrbanas tribus appellabant in quas urbs est dispartita et a Seruio Tullo rege idest suburana palatina exquilina collina.
Vestis generaliter dicitur ut stragula ut pallium tunica penula.
Vescus uestidiosus. ue enim pro pusillo utebant Lucilius uescum dixit audacem cum ait nec mare que impendēt uesco sale saxa peresa. unde uescor pascor.
Vespe minutū uolatile.
Vesperugo uesper stella plau. nec uesperugo nec uergilie occidunt.
Vespiliones dicunt esse qui funerādis corporibus officiū gerunt nō a minutis illis uolucribus sed quia uespertino tempore eos efferunt qui funebri pōpa duci propter inopiam nequeunt.
Vespices fruteta densa dicta a similitudine uestis.
Velati appellant uestiti et inermes qui exercitū sequebant quique in mortuorum militum loco sustinebant. ipsi sunt et ferentarii qui fundis ac lapidibus pugnabant que tela feruntur non tenentur. Catho eos ferentarios dixit qui tela ac potiones militibus pugnantibus ministrabant.
Velitatio dicta est ultro citroque probrorum obiectatio ab exemplo uelitaris pugne Plautus nescio quid uelitati estis inter uos.
Veternosus dicitur qui graui premitur somno Catho Veternosum hydropicum intelligi uoluit dum ait Veternosus quamplurimum bibit tam maxime sitit.
Veteratores callidi. dicti a multarum rerum gerendarum uetustate Canius mulieri non astute persuasit.
Veterinam bestiam iumentum Catho appellauit a uehendo. Epilius ueterinam dici uoluit quasi uentrinam. uelut uterinam quod ad uentrem onus religatum gerat.
Vitulans letans gaudio ut partu Ennius habet is coronam uitulans uictoria.

Viduertas calamitas dicta ꝙ uiduetur bonis.

Vitilago in corpore hominis macula alba quā greci uocāt   a quo nos albū siue a uitio dicta etiā si non ledit. siue a uitulo propter eius mēbrane cādorem qua nascitur inuolutus Lucilius Hoc odiola mihi uitilago est unde dolet inquit.

Vel cōiunctio quidē est disiunctiua scilicet earum rerū que natura disiuncta in quibus aut cōiunctione rectius utimur aut dies aut nox. sed earū que nō sunt cōtrarie cū legant nihil interest Ennius uel dictator uel equorū uel eqtūq3 magister uel consul.

Vibices plage uerberum in corpore humano dicte ꝙ ui fiunt.

Vibrisse pili in naribus hominum dicti ꝙ hiis euulsis ceput uibratur.

Vibrissare ē uocē in cātando crispare. Titinni⁹ si erit tibi cātādū facito ut exuibrisses

Viget dictum est a uigendo sed in agendis hostilibus rebus uerum hiis qui cōcitato animo ad bonum tendunt.

Viatores appellantur qui magistratibus parebāt eo ꝙ plerūq3 ex agris homines euocabantur a magistratibus et frequens eorum ab agris ad urbem uia.

Vereticulas cum dixit Lucilius articulos intelligi uoluit.

Vole uestigiū medii pedib⁹ cōcauū sed palma man⁹ uola dicit̄ unde īuolare .i. furari.

Volo[n]es dicti sunt milites qui post cannensem plagam usq3 ad octo milia cum essent serui uoluntarie se ad militiam obtulerunt.

Versuti dicuntur quorum mentes crebro ad malitiam uertuntur.

Verne appellantur ex ancillis ciuium romanorum uere nati quod tempus anni maxime naturalis feture est.

Vergilie stelle dicte ꝙ earum ortus uer finem facit.

Vaga que in mari stant Virgilius breuia appellat.

Veritanus ager dicitur qui uirenti populo distribuitur.

Veruncent uertant Pacuuius dimouerint meliora atq3 amicitiam auerruncassent tuam idest uertissent.

Vastum pro magno ponitur tamen et pro inani Accius hanc urbem ferro uastā faciet ut uastitas et uastitudo.

Vegrande significat male grande et uecors uesanus malicordis malesanus. ali paruū siue minutum intelligunt ut uegrande.

Vecors est turbati et mali cordis.

Vacerra stipitem ad quem solent equos religare Alii dicunt maledictum hoc nomine singificari magne acerbitatis ut sit uecors et uesanus.

Vagorem pro uagitu Ennius posuit.   Valuuli folliculi fabe.

Vagos aurelius intelligi uoluit qui diuersas suras habent. sicut ecōtrario uarii dicuntur incurua crura habentes.   Viere alligare. unde et uasa uiminea.

Vermina dicunt̄ dolores corporis cū q̊dā3 minuto motu quasi a uermibus scindātur.

Veruta pila dicuntur ꝙ uelut uenia habent prefixa.

Vngulum oscorum lingua significat anulum.

Vinalia diem festum habebant quo die Ioui uinum nouum libabant.

Venerari uerbum compositum ex uenia ⁊ orando.
Ventabant dicebant antiqui unde prepositione adiecta fit.
Viminalis porta ⁊ collis appellabantur quod ibi uiminum fuisse silua uidetur.
Viuatus ⁊ uiuidus a ui magna dicuntur.
Vmbre uocabantur netumnalibus cale fronde pro tabernaculis.
Valescit perierit a uallo militari ꝙ fit circa castra ꝙ cū eo eiciunt̄ ꝓ perditis habent.
Vexillum diminutiuum est a uelo.
Vinulus dicitur molliter se gerens et minime quid uiriliter faciens.
Vietus languidus sine ui et naturalibus priuatus uiribus.
Vngustus fustis uncus.
Vadem sponsorem significat datum in re capitali
Vecticularia uita dicitur eoruz qui uectibus parietes perfodiunt alienos furandi gratia Catho uecticulariam uitam uiuere repente largitur habere repente nihil.
Viritim dicitur dari ꝙ dat̄ per singulos uiros Cato preda que capta est uiritiz diuisa
Vxorium pependisse dicitur qui quod uxorem non habuit res populo dedit.
Vis Catho pro ultra posuit. Volturnalia uolturno deo sua sacra faciebant
Vesculi male curati ⁊ graciles homines ue enim sillabam rei parue preponebant. unde ueiouem et uegrandem fabam minutam dicebant.
Vaticanus collis appellatus est quod eo potitus est populus Romanus uatum responso expulsis etruscis.
Viuidissimus superlatiuus a uiuido.
Vngulatios ungues magnos atque asperos Catho appellauit.
Verberitare idem Catho frequentatiue ab eo quod est uerbero dixit
Vopte pro uos ipsi Catho posuit.
Versacrum uouendi mos fuit Italis magnis enim periculis adducti uouebant quecunqꝫ proximo uere nata essent apud se animalia immolaturos sed cum crudele uideretur pueros ac puellas interficere perductos in adultam etatem uelabant atqꝫ ita extra fines suos exigebant.
Versuram facere mutuam pecuniam summere ex eo dictum est quod initio qui mutuabant̄ ab aliis nō ut domū ferrent sed ut aliis soluerent uelut uerterent creditorē
Ve uobis dicebatur ab antiquis et ui uobis.
Vinciam dicebant continentem.
Vernisera messalia auguria dicebantur.

Expliciunt collectanea priscorum uerborum Pompeii Festi sub Anno a natiuitate dñi Millesimo quadringentesimo septuagesimoseptīo die uero ultima mensis Decēbris Pontificatus Sanctissimi in xp̄o patris et dñi nostri dñi Sixti diuina prouidentia Pape Quarti Anno eius septimo.

Registrum huius libelli.

Primum uacat
pompei festi
adgrettus
aridum

d

Modo
inpelle
limitatus

g

Sollo osce
suspectus
scantesula
sireps

b

Brundusium
conclauia
cingulos
cassabundus

e

Promisit
mater
neneole

c

Verbis
deincipem
exporgere
foedum

f

Prandium
preparatum
parsi idem









